cere pro suo deputato salario sex mensium ac [illegible] collectas imponendas tempore
sui officii, et illas exigere una cum [illegible] dicti comunis, absque aliqua mercede. De illis
vero scripturis [illegible] fiendis in servitio specialium personarum recipiat infrascriptam
solutionem videlicet pro quolibet actu civili bonenenum unum pro quolibet [illegible] decimo boner.
duos pro qualibet copia mandati bon. unum, pro qualibet fide [illegible] cuiuslibet [illegible] bon. unum
pro commissione tenute cum relatione [illegible] bon. [illegible] pro [illegible] pena
[illegible] facte per reum et actorem unum bonen. Item pro qualibet copia actorum videlicet pro qualibet carta
ad minus cum tresdecim versibus pro qualibet [illegible] bonen. unum, Item pro qualibet [illegible] exa
minatis ad instantiam particularium [illegible] duos bonen. Item pro productione instru
mentorum articulorum seu [illegible] replicationum duos bonen. Item pro [illegible]
incriminalibus et cautione prestita bon. duos, Item pro qualibet sententia absolutoria
bon. duos, pro cancellatione et circulatione cuiuslibet processus [illegible] a quatra
ginta solidis supra, bon. quatuor, Item pro qualibet petio terre posito et [illegible] et [illegible]
bajo: unum pro qualibet et petio terre, Item pro suo deputato salario habeat quod [illegible]
[illegible] continebitur in electione fienda, et habeat tertiam partem [illegible]
[illegible] fiendorum et [illegible] extraordinariorum videlicet portatarum, areghar., formar., [illegible]
[illegible], [illegible] et [illegible] custodes et alios officiales dicti castri, et de
omnibus aliis [illegible] datis et extraordinariis habeat tertiam partem ut [illegible]
[illegible], Item dictus cancellarius teneatur et debeat ire [illegible] dicti
[illegible] ad [illegible] data [illegible] et neque debeat ipse
cancellarius absentare a terra dicti [illegible] sine expressa licentia Vicarii qui fuerit
de tempore sub pena viginti bonen. pro qualibet et qualibet vice de qua licentia
[illegible] et credatur [illegible] dicti [illegible] teneatur etiam [illegible]
datorum datarum et extraordinariorum [illegible] fiendorum [illegible] exigere [illegible]
[illegible] Vicarii dicti comunis sub pena duplicationis [illegible]
[illegible] comunis dicti comunis, Teneatur quoque dicta comunitas dare et consignare dicto cancellario pala
[illegible] dicti comunis pro sua habitatione et residentia, et habere debeat a dicto comuni ligna
[illegible] fuerit [illegible] tempore sui officii, et aliud non possit petere
[illegible] nisi [illegible] forma presentium capitulorum, ac [illegible] teneatur dictus canc.
[illegible] fine sui officii [illegible] dare reddere et consignare [illegible]
[illegible] in publicam formam et [illegible] et sigillatum [illegible] sigillo dicti comunis unum
[illegible] libro [illegible] et creditorum in manibus novi cancellarii dicti comunis sub pena
[illegible] sui deputati salarii, Teneatur quoque dictus cancellarius in fine dicti sui officii
[illegible] ad [illegible] sui officii
et stare [illegible] ad [illegible] eligendum

De modo et ordine faciendi Arengham co(mmun)is, et pena eam interrumpendi et deguastanti. Cap. xxxi

Statuimus et ord(inamus) q(uod) vic(arius) et consiliarij qui pro tempore erunt, teneantur et debeant facere Arengam in palatio dicti co(mmun)is, ad quam quilibet homo de d(ic)to c(astr)o pro quolibet foculari ire debeat
et nolens consulere vel consulat super propositis missis p(er) d(ic)tum vic(ariu)m accedere debeat
apud Arenghieriam, et ibidem dicere et consulere et non alibi super dictis propositis in
d(ic)ta Arengha proponen(dis) p(er) d(ic)tum vic(ariu)m et consiliarios vel maiorem pars ipsorum, et nullus alius possit in d(ic)ta Arengha aliq(ui)d proponere sine expressa licentia dicti Vicarij
et d(ic)tus vic(arius) super propositis p(er) eum vel p(er) p(re)d(ic)tos proponen(dis) in d(ic)ta arengha, non possit caper partitum nisi primo dixerint, et consultauerint tres consultores adminus, et post habitis
tribus consultationibus adminus, d(ic)tus Vicarius teneatur et debeat capere d(ic)tum partitum
si fuerint concordes, si vero fuerint discordes, d(ic)tus vic(arius) mittere debeat ad bussulas et pallucttas, et omne id et totum quod fuerit p(er) d(ic)tos homines in d(ic)ta Arengha vel palluctis
vel maiorem partem ipsorum ualeat et teneat pleno iure, et uic(arius) predictus mittat mandet
in executionem, et nullus possit in d(ic)ta Arengha aliq(ui)d dicere super dictis propositis nisi
ad d(ic)tam Arenghiriam, et quicumque in predictis contra fecerit de hominibus d(ic)te Arenghe contra volu=
tatem et sine licentia ditti vic(arij) puniatur decem solidorum de facto auferendorum
pro qualibet uice et quolibet contra faciente, et d(ic)tus uic(arius) si in predittis, et predictorum obser
uatione et in observantia modi predittorum fuerit negligens, et contrafecerit puniatur pena
viginti solidorum pro qualibet uice, ac etiam uolumus q(uod) d(ic)tus vic(arius) sibi videbitur oportunum possit et sibi liceat mandare et mandari facere cuilibet de d(ic)to c(astr)o tam consiliarijs q(uam)
alijs hominibus q(ui) ueniant ad d(ic)tam Arengham non obstante q(uod) in d(ic)ta Aregha et alibi
de domo ipsius eum mandaretur pro bono ditti co(mmun)is, ad penam Arbitrij ditti vic(arij) usque
in solidos decem. Item q(uod) facta d(ic)ta Arengha nullus audeat vel presumat eam interrumpere
maculare seu deguastare sub pena trium flor(enorum) pro quolibet disturbante seu interrumpente, de facto auferend(orum) cam(era) ditti co(mmun)is et potesta et nos(tr)o eiusdem castri sine aliqua
diminutione, et teneatur sic deguastans vel interrumpens d(ic)tam Arengham reficere
d(ic)to co(mmun)i suis sumptibus et expensis ad terminum sibi statuendum p(er) d(ic)tum co(mmun)e vic(ariu)m
d(ic)tum dampni ac interesse pro d(ic)ta deguastatione vel interruptione. Item volumus et
ordinamus q(uod) cuius est potestas q(uod) non uenit seu non iuit ad d(ic)tam Arengham, et ditti ...
exigitur ... se ... fuisse in d(ic)to c(astr)o et eius ... bandimenti nec notitiam ali-
quam habuisse eximit a pena, et ad tollendam materiam ... informando q(uod) ... die potestas
vic(arius) qui pro tempore fuerit eodem die ... ditti puniti teneatur et debeat facere executionem potestas
... teneatur in ... si negligens fuerit, et talis ... teneatur in-
tres dies a die ... se legiptime defendere ... elapsis dictis tribus diebus non au-
diatur ulterius et soluere teneatur omni exceptione et defensione ... remota.
Item volumus et ordinamus q(uod) in suprascritta Arengha d(ic)ti co(mmun)is consultores fuerint discordes
in dictis eorum consiliis, tunc vic(arius) et consiliarij vel maior pars ipsorum si fuerint
possint et valeant accipere duos consultores contrarios ad arbitrium ditti Vicarij
et consiliariorum et eos mittere ad bussulas et palluctas et ... quod
fuerit p(er) maiorem partem valeat et teneat.

De civilibus causis

De modo et ordine tenendi in civilibus causis — cap. xxii

Citationes in civilibus causis hoc modo fiant, citetur reus personaliter vel ad domum solite habitationis
ad petitionem actoris, una die post altera, et si non comparuerit in prima citatione, ad petitionem
actoris per curiam pronuntietur contumax, et iterum citetur modo predicto et peremptorie, ex-
pensis rei, et si non comparuerit in termino prime vel secunde citationis, ab inde inantea actor mittatur
in tenutam, et corporalem possessionem bonorum dicti rei, primo mobilium secundo stabilium in duplum, pro qualitate
principali, et expensis legitime factis in causa et tertio nominum creditorum secundum formam
petitionis actoris ad productionem dicte petitionis, semper prius citetur per bayulum dicti communis
personaliter vel ad domum eius solite habitationis quatenus compareat coram curia dicti communis ad
videndum productionem petitionis et pronuntiationem faciendam contra eum, et si non comparue-
rit inter productionis huiusmodi petitionis, tunc potestas vel vicarius dicti communis pronuntiet
ipsum actorem fore mittendum in tenutam, et corporalem possessionem bonorum dicti rei modo predicto
et faciat ad ea exequenda executorem unum bayulum dicti communis, cui committat quatenus vadat inducat
et mittat actorem in tenutam et corporalem possessionem bonorum talis rei pro quantitate princi-
pali, et expensis legitime factis in causa in duplum, et precipiat ipsi reo personaliter vel
ad domum eius solite habitationis, quatenus infra decem dies tunc proxime venturos debeat ipsam
tenutam recollegisse, et peremptorie, et in loco ubi ius redditur per curiam dicti castri fiat co-
missio alicui bayulo dicti communis ad petitionem agentis quod publice passim et alta voce bandiat quod quicumque
vult agere vel dicere ius habere in huiusmodi bonis in tenutam datis, compareat, ad dicendum et
allegandum de iure infra dictum terminum coram dicta curia, ad recipiendum iustitie complementum
et ab inde inantea non audiatur. Et si reus comparuerit in aliquo dictorum terminorum ante omnia refi-
ciat actori, omnes expensas legitime factas, si petitum fuerit aliter non audiatur sed procedatur
contra eum tamquam contra contumacem, dummodo dictus actor ante pronuntiationem tenute, iuret ad sancta Dei
evangelia manu tactis scripturis quod id quod petit, et quod debitum esse verum, et quod sibi non est
in aliquo satisfactum. Et si reus fuerit absens a dicto castro et eius districtu ante pri-
mam citationem, possit ipsam tenutam recolligere, et contumaciam purgare infra unum me-
sem post tenutam datam. Et si aliquis fuerit contumax ut supra dictum est, et dictum terminum non
[illegible] infra octo dies vel infra unum mensem post datam dictam tenutam, tunc potestas vel
vicarius dictis terminis, et quolibet eorum elapsis in causa ad petitionem agentis ulterius procedat, et
actor possit ipsam tenutam vendi petere, et elapsis dictis terminis dicta tenuta bandiatur
bis in loco ubi ius redditur publice [illegible] et alta voce, diversis diebus, cum spatio trium dierum
pro quolibet bandimento, et plus offerenti vendatur per agentem, cum auctoritate curie, que
venditio valeat et teneat pleno iure, et habeatur pro sententia diffinitiva. Et si non com-
paruerit qui velit eam emere, tunc ponantur per curiam dicti communis extimatores, qui iu-
rent ad sancta Dei evangelia scripturis corporaliter manu tactis extimationem huiusmodi
tenute facere bona fide et sine fraude, et semper [illegible] aliis vendit[illegible]
[illegible] inconerata, et postea detur per curiam dicti communis huiusmodi tenutam actori
in solutum et pagamentum, et sibi adiudicetur ex secundo decreto pro qualitate prin-
cipali et expensis legitime factis [illegible] ex parte

Relationes bay. in civilibus valent sine commissione ~ cap. xxiii

Statuimus et ordinamus quod in civilibus causis sufficiat relatio bay. absque aliqua commissione dummodo appareat eius relatio facta ad petitionem agentis in actis curie dicti comunis, et propterea processus in aliquo vitiari non possit

De modo et ordine procedendi contra heres defuncti ~ cap. xxiiii

Quando fit citatio in civilibus causis hered. mortuorum, ipsa citatione facta si nemo comparuerit in ter. ipsius citationis fiat bandimentum ex parte curie ad petitionem actoris per aliquem bayulum dicti comunis in loco ubi ius redditur publice palam, et alta voce quod in fra quintum diem tunc proxime venturam, et peremptorie, compareat coram curia dicti comunis quicumque vult esse heres vel bonorum defensor hereditatis talis defuncti, et si in dicto termino nemo comparuerit ad predicta, quod processus postea factus contra dictos heres valeat et teneat pleno iure dummodo tamen in huiusmodi processu fiendo contra her. mortuorum servetur alia forma que servari debet in aliis viventibus secundum formam capitulorum presentium statutorum loquentium de civilibus causis

De partitis fiendis ~ cap. xxv

Coram curia dicti castri quicumque petet aliquam pecunie quantitatem vel rem mobilem seu immobilem ab aliquo cuiuscumque quantitatis vel valoris, et actor voluerit stare sacramento rei quod debeat vel non debeat teneatur ad ipsum partitum capere vel iuramentum illud refferre actori, et ipso actor teneatur capere ad petitionem rei recepto sacramento potestas vel vicarius pronunciet absolvendo vel condemnando super ipso partito, et si reus vel actor cui fieret partitum non iuraverit et capere id partitum noluerit tunc habeatur pro confesso et convicto, de omnibus et singulis in dicto partito contentis, fiat ipsi nolenti iurare vel capere id partitum preceptum de dando vel solvendo vel faciendo prout de voluntate adverse partis processerit et valeat, et si ille cui fit partitum de capiendo ad partitum capiet ad ipsum partitum et iuraverit et negaverit quod petitur et petens postmodum probaverit quod petitur tunc tale negans contenta in tali partito teneatur ipsi actori dare vel facere contenta in partito et omnes expensas factas in huiusmodi causa. etiam actori reficere teneatur, et condempnetur huiusmodi negans ad dandum et faciendum contenta in dicto partito

De modo procedendi in civilibus causis ~ cap. xxvi

Pro aliqua civili causa coram potestate vel vicario dicti comunis quicumque fuerit citatus et comparuerit in ter. citationis et non confitebitur se debitorem esse tunc actor si vult agere contra eum det libellum curie, et copiam parti [illegible] data parti detur ipsi reo terminus quinque dierum utilium proxime venturorum et peremptorie ad [illegible]

opponen. ꝯ dcu͞z libellum qcq͞d vult et partibꝫ ad comparen. in dco ter.º, et si infra dcu͞z termini no͞ opposuerit aliquid ꝯ dcu͞z libellum tunc habeat.r pro confexo, et convicto de o͞nibꝫ et singulis in dco libello contentis, et per Potatem ul vicarium dicti cois cogat.r ad petitionem actoris ad solutionem fiendam, dco actori de re petita ab eo, et ad faciendo contenta in dco libello, et si dcus reus co͞parverit in dco termino, et suas ex.nes produxerit, tunc det.r terminus ipsi actori qnqꝫ dierꝫ utilium ad accipiend copiam dcar exceptionum, et ad replicand ꝯ eas et partibꝫ ad comparen. inter.º, et si actor no͞ comparverit in dco ter.º et suas replicationes no͞ produxerit, tunc reus habeat.r de o͞nibꝫ et singlis sibi petitis pro absoluto, et si in dco ter.no comparverit, et suas replicationes produxerit det.r ter.s ipsi reo, ad replican. ꝯ dcas replicationes triu͞ dierꝫ utilium proxie venꝫ et partibꝫ ad co͞paren. in ter.º, et ab inde in antea no͞ replicet.r ul triplicet.r uel quadriplicet.r magis sꝫ utriqꝫ parti det.r ter.s quinqꝫ dierꝫ utiliu͞ ad ponen. et articulan. quilibꝫ de iure suo, sꝫ ad petitionem cuiuslibꝫ partis petentis procedat.r ad contestationem litis et iuramentꝫ calu͞pnie ut iuris fuerit, et postqꝫ lis fuerit contestata iuramentꝫ calu͞pnie a partibꝫ prestito sup ipsa questione, Potas ul vic.s statuat ter.m decem dierꝫ utiliu͞ utriqꝫ parti et tempore ad probandu͞, et probatum habend, de eorꝫ et cuiusqꝫ ipsorꝫ iuribꝫ, quibus terminis elapsis citet.r pars ad petitionem petentis ad videndꝫ aperturam et publicationem testium, et ad recipiendꝫ copiam eorꝫ testium, et actisfationi predictorꝫ quibꝫ terminis elapsis, Potas ul Vicarius in fra decem dies utiles pronu͞tiare debeat partibꝫ volentibꝫ uel nolentibꝫ, et si aliqua pars coram potate ul vicario, petet pronu͞tiari et sententiam ferri ꝑ dcum Potatem ul vicarium o͞nino pronu͞tiet.r et sententia ferat.r in fra dcos decem dies

De litis co͞testatione no͞ r͞ndens positionibꝫ — cap. xxvij

Dicit litis contestatio in cuiulibꝫ causis hoc mo͞ q actor affirmet vera esse que in suo libello continent.r reus vero neget et efferat se probaturos petitis et negat in q.ualu͞ incibat onus probandi, et si reus noluerit reddere positionibꝫ statim habeat.r pro confexo de o͞nibꝫ in dictis positionibꝫ contentis [illegible] personat.r z nulla co͞tumacia iusta habuerit excusatione.

De executione Publicorꝫ Instrumentorꝫ — cap. xxviij

Quicu͞qꝫ produxerit ꝯ aliquam ꝑsonam, coram potate ul vic.º, laudu͞ ul senten͞tia ul aliud instrum. publ.cum, et ipsum ul ipsam petet executioni mandari in solvendo ul faciendo sibi ea que in ipso instro ul sententia continent.r, actor faciat citari adversarium sui ꝯ quem [illegible] agere vult reum, et Potas ul vicarius dicti communis det ipsi reo terminum quinqꝫ dierꝫ utiliu͞ proxie venturorꝫ et temporis ad accipiendꝫ copiam ipsius instrumenti, et ad opponend ꝯ ipsum talem instrumentu͞ o͞nes suas exceptiones, et si in fra dcu͞z terminum produxerit aliquas exceptiones legi.mas ꝯ dcu͞z talem instrum sup exceptionibꝫ iurat.r de veritate dicen. ab utraqꝫ parte et det.r ter.s octo dierꝫ utilium ad probandum dcas ex.nes et si ille ꝯ quem

productum fuerit instrumentum infra dictum terminum quinque dierum non produxerit aliquas exceptiones ab inde in antea non audiatur et aliqua probatio contra dictum instrumentum non admittatur. et si opposuerit et infra dictos octo dies non probaverit elapsis dictis octo diebus potestas vel vicarius pronuntiet instrumentum dictum fore executioni mandandum prout eis de iure videbitur post quinque dies currentes a die pronuntiationis in antea notandos, et si pronuntiatum fuerit dictum instrumentum deberi executioni mandari tunc potestas vel vicarius ad executionem mandet et cogat et cogere debeat illum contra quem productum fuerit instrumentum, et ipse reus omnia faciat prout per potestatem vel vicarium fuerit pronuntiatum mandatum et declaratum contra ipsum reum, et eius bona procedatur ad petitionem et voluntatem actoris donec eidem actori de contentis in dicto instrumento integre fuerit satisfactum per quam satisfactionem et observationem instrumenti huiusmodi possit potestas vel vicarius imponere penam ad petitionem partis pro quolibet precepto ipsi reo facto semel in die quinque solidorum denariorum, et debet exigere a contra faciente

De precepto fiendo reo confesso, et tenuta dandi, et expensis reficiendis cap. xxviiii

Ordinamus et statuimus quod quicumque aliquis coram potestate vel vicario dicti comunis petierit ab aliquo aliquam pecunie quantitatem vel aliam rem sibi dari aut fieri vel solvi si reus confitebitur coram curia dicti comunis, tunc potestas vel vicarius ad petitionem actoris faciat ipsi reo preceptum quod solvat det faciat, et adimpleat quidquid confessus fuerit, tunc ad octo dies proxime venturos, cum reffectione expensarum ad penam quinque solidorum denariorum pro quolibet precepto sibi semel in die facto, que pena exigatur de facto a dictis octo diebus in antea, et elapsis dictis octo diebus, si reus non satisfecerit vel fiat ipsi reo preceptum quolibet die modo predicto ad petitionem actoris quod actor intenutam, et corporalem possessionem bonorum dicti rei in duplum absque aliqua petitione ad voluntatem actoris prout in capitulo loquente de tenuta danda continetur, et si actori fuerit data tenuta, ipse non possit recolligere dictam tenutam nec contumaciam purgare nisi primo satisfecerit dicto actori, de eo quod confessus fuit et expensis legitimis, et volumus et ordinamus quod in omnibus causis, cuilibet victus, victori reficiat et satisfaciat expensas legitimas, iuramento calumpnie prestito per ipsum victum non obstante

De fideiussoribus servandis indempnem cap. xxx

Statuimus et ordinamus quod quicumque fideiusserit pro aliquo vel aliquibus de faciendo aliquid vel solvendo, teneatur solvere, et facere quod promiserit super quibus potestas et vicarius dicti castri et quilibet ipsorum teneantur audire illum qui fideiubsit pro eo et eum conservare indempnem, a dicta fideiussione, et si talis fideiussor solverit aliquid pro suo principali idem principalis teneatur et debeat solvere restituere et satisfacere dicto tali fideiubsori omne id quod ipse solvisse pro dicto suo principali, omni exceptione remota, nisi maliciose solvisset infra terminum quinque dierum utilium ad penam decem solidorum denariorum

De co(m)promisso inter co(n)sanguineos, et affines ~ ~ ~ cap. xxxi

Si quacu(m)q(ue) lix uel questio esset coram curia dicti castri in ciuilib(us) causis, inter aliquas p(er)sonas
inter se attinentes usq(ue) in tertium gradum consanguinitatis, u(e)l affinitatis inclusiue, Potestas et
Vicarius ~ quilib(et) ipsor(um) ad petitionem cuiuslib(et) partis petentis, teneat(ur) cogere alteram par
tem ad compromittend(um) in duos uel in unum eor(um) consanguineos ipsam litem et questionem de
iure ~ de facto, et compromissum fiendum cum omnib(us) capitulis oportunis ~ pene adiectione
ita q(uod) de iure bene ualeat et teneat

Quo cogat(ur) forenses ad petitione(m) cuiuslib(et) de d(i)c(t)o castro et seq(ue)strus fieri cap. xxxii

Quicu(m)q(ue) forensis deberet aliquid soluere in pecunia seu rebus mobilib(us) uel immobilib(us) alicui de d(i)c(t)o
castro, Potestas et Vicarius ~ quilib(et) ipsor(um) cui u(e)l quib(us) petitum fuerit, teneant(ur) et debeat
forensem si de rebus mobilib(us) secum non haberet cogere u(e)l cogi facere ad petitionem cuius
lib(et) de d(i)c(t)o castro cui deberet aliquid soluere, seu facere quousq(ue) fecerit, u(e)l soluerit id ad q(uo)d
tenet(ur), uel fideiuxorem ydoneum dederit de soluendo, u(e)l faciendo q(uo)d petit(ur) ab eo si de
iure tenet(ur). Volumus tamen ac et ordinamus q(uod) si talis forensis [illegible] bona mobilia u(e)l
immobilia in d(i)c(t)o c(astro) uel eius districtu, tunc talis forensis personaliter no(n) cogat(ur) nisi ut alij de
d(i)c(t)o castro, s(ed) potius procedat(ur) c(ontra) eum tamq(uam) c(ontra) castellanum dicti castri, et si apparet
q(uod) talis forensis deberet aliquid soluere seu facere alicui de d(i)c(t)o castro per publicum In
strumentu(m), u(e)l p(er) legitimam testium probationem u(e)l per confexionem talis forensis tunc in
castellanus qui deberet aliquid habere a d(i)c(t)o tali forensi, ponat(ur) in tenutam, et corporalem poss(essionem) bonor(um)
talis forensis. Si quis uero forensis deberet aliquid soluere seu facere alicui de d(i)c(t)o castro
et ipse talis forensis no(n) reperiret(ur) in d(i)c(t)o castro s(ed) de eius bonis mobilib(us) ap(u)d aliquam de d(i)c(t)o
castro reperirent(ur), tunc potestas u(e)l vicarius dicti castri, teneat(ur) et debeat ad petitione(m)
talis nostri castellani debentis recipere u(e)l habere aliquid a tali forense apud talem homine(m)
habentem bona huiusmodi forensis, sequestrari facere ipsa bona ~ mandare, u(e)l mandari fa
cere habenti d(i)c(t)a bona q(uod) huiusmodi bona alicui no(n) det, nec restituat, sine licentia actoris
et si senserit se grauatum de hoc, compareat coram curia dicti castri infra quintam diem
de suo grauamine ostensurus, que sequestratio notificet(ur) tali forensi personaliter u(e)l domi eius
solite habitationis, et terminus ibi det(ur) quinq(ue) dier(um) utilium proxime uentur(orum) ad comparendum, dicend(um)
et allegandum de iure suo, et si non comparuerit infra dictu(m) terminum, habeat(ur) pro cofesso
de d(i)c(t)o debito, et si d(i)c(t)us forensis habitat longe, a d(i)c(t)o castro ultra tria miliaria non no
tificet(ur) ei(us) huiusmodi sequestrum s(ed) an(te)q(uam) fiat tale sequestrum, actor iuret debitu(m) esse uer(um)
in omni predicto casu aliter non fiat

De capitibus solidor(um) soluendis ~ ~ ~ cap. xxxiii

Statuimus et ord(inamus) q(uod) quicumq(ue) actor ageret c(ontra) aliquem, et peruenerit ad pronu(n)tiationem termi(n)i
q(uod) talis actor ante pronu(n)tiationem tenute in ciuilibus causis, teneatur et debeat soluere
cam(erari)o dicti communis pro ipso co(mmun)i recipienti quatuor den(arios) pro qualib(et) libra den(ariorum)
uel ualoris rei petit(e) al(ite)r dicta pronu(n)tiatio ~ tenute datio non ualeat

De modo dandi tenutam hereditatis uel relicti cap. xxxiiii

Statuimus et ordinamus q si aliquis petet coram potate vl Vic. dicti cois tenutam sibi dari alicuius hereditatis vel relitti, citent heres illius cuius fuit hereditas et possessores bonor vna die pro altera, et si nõ comparuerit inter primẽ citationis, citetur iterum vna die pro altera per emptorie, et si nõ comparuerit in aliquo terminor predcor, citet iter in loco ubi ius redditur pubce palam alta uoce, et elapsis oibs predittis terminis si aliquis nõ comparuerit ponat in tenutam actor ditte hereditatis vl relitti

Qz forensibg fiat Jus breue et sumarium — cap. XXXV

Potestas et Vicarius dicti cois ipi quilibz ipsor teneant et debeant forensibg facere ius sumarium sicut fit forensibg in terra de qua est talis forensis, statuentes q si quis forensis petierit ab aliqua persona dicti cois aliquid sibi dari vl fieri, et reus cofitebit se debitorem esse, tunc potas vl Vicarius dicti cois si debitum fuerit a xx solidis infra faciat incontinenti satis fieri dco forensi, si vero debitum fuit a viginti sol ab inq supra, tunc det terminus ipsi reo trium dier proxie ventr ad satisfaciend ipsi forensi et si non satisfecerit infra dictũ terminum, cogat reus ad voluntatem actoris Jn persona et in rebus quousq satisfecerit actori debitũ et expen et si non confitebit sumarie procedatur ut supra

De criminalibus causis

De m(od)o et ordine procedendi In causis criminalib(us) — Ca(pitulum) xxxvi

olentes igit(ur) viam excessib(us) aperire nec Malefactorib(us) dare materiam delinquendi
Statuimus et ordinamus q(uod) quicumq(ue) accusabit aliquem de aliquo Malleficio vel delicto, Potestas
vicarius dicti co(mun)is, et ipsor(um) quilib(et) ipsum accusatorem audiat responsione(m) accusati
et det terminus accusatori, et accusato, decem dier(um) proxime futuror(um), et p(er)emptorie v(idelicet) accu-
satori ad probandum d(i)c(t)am d(i)c(t)am accusam, et accusato ad facien(dum) suam defensionem
et testes ab accusatore datos in d(i)c(t)a accusa recipiat ad d(i)c(t)am accusam probandam, et
Potestas et vic(arius) dicti co(mun)is statim post excusationem accusati ipsi et quilib(et) ipsorum
teneantur req(ui)ri facere testes et iurari facere infra decem dies post excusationem
accusati, et simili(ter) inq(ui)sitionem et denu(n)tiat(ionem) post eor(um) excusationem potestas dicti
castri det ter(minu)m decem dier(um) proxime vent(urorum), ad o(mn)em ipsor(um) et cuiusq(ue) ipsor(um) defensio-
defensionem faciendam infra d(i)c(tu)m termini decem dierum testes faciant iurari
super ipsas Inquisitione, et denu(n)tiat(ione) — eor(um) dict(a), Not(arius) dicti co(mun)is scribat in actis curie
et elapsis dictis decem dieb(us) testes habeantur pro aperti(s) et publicati(s) absq(ue) aliqua
promulgatione, quor(um) testium et eor(um) dicta si accusatus denu(n)tiatus vel inquisit(us)
petet copiam, — tunc Potestas vel vic(arius) dicti co(mun)is det termini ipsi petenti ad tollendum
copiam dictor(um) testium, et eor(um) actistationum et dictor(um), et opponen(dum) c(ontra) et q(uo)d vult
et post v(idelicet) dier(um) decem et p(er)emptorie et potestas vel vicarius teneantur ipsam repro-
bationem et defensionem c(ontra) d(i)c(t)os testes audire et admitter(e) Ita q(uod) infra d(i)c(t)os viginti
dies probatio et exprobatio expleantur, et ab inde inantea super hiis dicti partes ul-
terius non audiatur et potestas vel vicarius infra alios viginti dies vel triginta ad
plus super accusat(ione) denu(n)tiat(ione) vel inquisitione procedere debeat cu(m) cons(ili)o Iudicis
dicti co(mun)is, et nihil(ominu)s sententia lata post d(i)c(tu)m termini valeat et teneat pleno iure
et semper accusat(us) denu(n)tiat(us) vel inquisitus in eor(um) et cuiusq(ue) ipsor(um) excusa vel
defensione teneantur et debeat dare bonos et idoneos fideiussores de parendo mandato
d(omi)ni Potestatis vel vic(arii) dicti co(mun)is et de solvendo o(mn)em condemp(n)ationem c(ontra) eum vel
ipsor(um) aliquem ferendam qui fideiussores sint de hominib(us) d(i)c(t)i castri et n(on) aliunde
et talis accusat(us) denu(n)tiat(us) vel inquisit(us) si no(n) dederit fideiussionem de dedo c(ontra)
non audiatur et eius responsio non valeat, sed potius procedatur c(ontra) eum tamq(uam)
c(ontra) contumacem, Statuentes et ordinantes q(uod) potestas, et vic(arius) dicti castri qui pro tempora
erunt, no(n) possint neq(ue) debeant in Malleficiis procedere nisi tempore eor(um) officii, et
per sex menses ante principium eor(um) officii

Quod processus de q(ui)b(us) in sententia app(aren)t reincipi no(n) possit — Ca(pitulum) xxxvii

tē statē et ord(inatum) q(uod) potestas et vic(arius) dicti castri no(n) possint neq(ue) debeant super aliquo
processu accusa, denu(n)tia(tione) vel inquisitione de quib(us) sententia data appareret per ipsos
potestatem vel vicarium aut eor(um) p(re)decessores in off(ici)o secundu(m) formam stat(utorum) et ordinamentor(um)
dicti castri reiterare nec reincipere nec in dictis sententiis vel aliqua ipsar(um)

aliquid dicere seu petere ullo modo nisi essent de voluntate dicti com(un)is nec etiam aliquid facere super contentis in dictis processu et sententijs

De pena facientis insultum cap. xxxvij

Item statuimus et ordinamus quod quicumque fecerit insultum contra aliquam personam cum armis in viginti quinque libris denariorum condempnetur, si sine armis in duodecim libris cum dimidia denariorum condempnetur, si vero de nocte dicte pene duplicentur

Vicarius presens et presentiam in responsionibus maleficiis et examinationibus cap. xxxviij

Item statuimus et ordinamus quod potestas dicti castri qui pro tempore erit in qualibet excusatione fienda per aliquem inquisitum denuntiatum vel accusatum de aliquo maleficio et in qualibet examinatione fienda in criminalibus causis debeat requirere vicarium dicti castri qui intersit dicte excusationi, et examinationi, et si dictus vicarius presens esse noluerit in predictis vel predictorum aliquo in decem libris denariorum condempnetur

De pena percutientis aliquem cum aliquo genere armorum vel ligno cap. xl

Statuimus et ordinamus quod quicumque percusserit aliquem hominem vel mulierem sive personam cum spata cultello, accepta sagitta lancea vel alijs armis ferreis vel ferratis non diffinitis in presenti statuto vel aliquo eorum et percussus ex ipsa percussione perdiderit nasum vel partem nasi manum vel pedem pro quolibet menbro perdito puniatur in ducentis libris denariorum, et si aliquod menbrum ex ipsa percussione debilitatum fuerit in ducentis libris denariorum pro quolibet menbro debilitato puniatur, si cocciam capitis fregit cum dictis armis vel aliquo eorum vel etiam baculo, bastono, lapide, et alijs armis non diffinitis et specificatis in presenti statuto in ducentum libris denariorum puniatur, si vero dentem perdiderit pro quolibet perdito dente in quinquaginta libris denariorum puniatur et si percusserit aliquem cum predictis armis a spatulis supra pro qualibet percussione si sanguis exiuerit in centum libris denariorum puniatur, si vero sanguis non exiuerit in mediatate dicte pene puniatur vice qualibet et persona, si vero in spatulis vel ab inde infra cum dictis armis vel aliquo eorum aliquem percusserit, et sanguis exiuerit in quinquaginta libris denariorum pro vice qualibet et persona puniatur et percussione, si sanguis non exiuerit in viginti quinque libris denariorum pro qualibet vice, et persona puniatur, si vero percussus ex ipsa percussione ossum aliquod haberet fractum, vel incisum, frangens vel incidens in centum libris denariorum pro quolibet osso fracto, vel inciso puniatur et quicumque percusserit aliquem alibi quam in vultu vel in capite cum mazza de ligno, bastone seu cultello vel lapide vel alio ferreo non diffinito et nominato in presenti statuto, si sine fractione vel incisione ossis si sanguis exiuerit puniatur pena quinquaginta librarum denariorum pro qualibet vice et persona et percussione, si sine fractura ossis et sine sanguinis effusione in viginti quinque libris denariorum pro qualibet vice et percussione puniatur si vero ossum fregerit vel inciserit probatur banni sanguis ... [illegible]

si vero percusserit in visu vel in capite cum dictis armis non ferratis vel baculo vel mazza et ligno
bastono vel lapide vel alio simili non nominato in presenti statuto, et sanguis exiverit puniatur
pena in centum libris den. pro qualib3 vice et percussione si sine fractura ossi coccie capitis
et debilitatione menbri, Si sanguis non exiverit, et ossum vel cocciam capitis non fregerit vel
inciserit et percussus ex ipsa percussione menbrum aliquod non perdiderit in pena
viginti quinque libraz denariorum pro vice qualib3 et percussione puniatur, et si aliquod
menbrum perdiderit, vel debilitatum fuerit ex ipsa percussione puniatur ut supra de huius
modi delictis in presenti statuto contentis, Et si aliqua persona proiecerit lapidem vel basto
nem contra aliquem et non percusserit in decem libris denariorum pro qualib3 et qualib3 vice pu
niatur, Et si aliquis aliquem percusserit cum virga lignaminis et sanguis exiverit in
quatraginta solidis denarioz puniatur, et si sanguinis non exiverit in mediaetate dicte pene
pro qualib3 vice et persona puniatur, Si vero ex uno ictu cum virga plures percussiones fe
cerit tunc puniatur de una percussione tantum, Et quicumque percusserit aliquem in facie cum aliquo
generatione armorum, ex qua percussione, et cicatrix enormis vel turpis vel signum enor
me remanserit in libris denarioz centum quinquaginta pro qolib3 vice qualib3, Et si ex
ipsa percussione aliquod mebrum debilitaretur puniatur pene ut supra de huiusmodi delictis
contentis, de predictis cicatrice signo enormi vel membri debilitate, stetur et credatur iuramento
unius boni et experti medici eligendi ad hoc per vic.m et consiliarios dicti comunis, Volumus
etiam et ordinamus quod in dictis omnibus quolib3 eoz semper malefactor ad unam tantum penam
teneatur V3 ad maiorem non ad plures, Volumus etiam et ordinamus quod si aliquis pro
iecerit contra aliquem lapidem vel percutiens cum lapide si iocose fecerit in quolib3
dictorum casuum teneatur ad penam quinque solidoz den. et non ad maiorem, et utrum iocose
fecerit vel non credatur iuramento male patientis, et predicta locum habeat si iocose fecerit a
(si)ne sanguinis effusione, et in quolib3 predictoz casuum pene duplicentur de nocte

De hys qui excipiuntur a penis ~ ~ ~ ~ ~ ~ cap xlj

Statz et ord. quod infrascripti excipiuntur a banno V3 si pater verberans filium vel filiam
avus nepotem vel neptem frater fratrem vel sororem, Maritus uxorem vel cognatam
carnalem, patruus et avunculus nepotem vel neptem dominus servitorem si stat secum
Magister discipulum, et hoc intelligatur si dicta verberatio fuerit facta moderate et
sine armis ferreis vel ferratis, et si interdictas personas vel alias personas attinentes
inter se usq3 in secundum gradum consanguinitatis vel affinitatis ex quacumq3 linea In
clusive facta fuerit verberatio, hinc inde non possit per Inquisitione aliquo modo procedi
et si procederetur per inquisitionem non valeat nisi ex ipsa verberatione sequuta fuerit
debilitatio mebri vel debilitatio vel signum enorme in facie, Et Potestas et Vicarius dicti castri
qui pro tempore erunt teneantur observare vinculo iuramenti, Et si contra dictam formam
procederent et sententiam tulerint huiusmodi processus et ipsa sententia sit ipso
iure nulli et nullius valoris, et nullus ad eoz observantiam teneatur

De pena percutientis aliquem manu vacua vel calce sine sanguinis effusione cap xlij

Quicumque percusserit aliquem manu uacua in capite uel in facie cum pugno uel alapa uel etiam si calce irato animo et sanguis exiuerit in quinquaginta libris den. puniatur, Si uero sanguis non exiuerit in medietate dicte pene, Si uero alibi quam in capite, uel in facie et sanguis exiuerit in uigintiquinque libris den. puniatur, si uero sine sanguine in medietate ditte pene puniatur, Si quis uero manu uacua uel calce adminauerit contra aliquem et non percusserit, in centum solidis den. puniatur pro quolibet, et qualibet uice, si quis uero abstinauerit pannos alicui in persona uel cepit aliquam per personam irato animo in libris duodecim denariorum uice qualibet, et persona puniatur, Et quicumque per uim alicui ad iniuriam recipiendi birretum seu pannos de capite extraxerit uel eleuauerit uel alios panos alicui de capite eleuauerit in uiginti solidis pro quolibet et qualibet uice puniatur, et si alicui mulieri pannos de capite per uim leuauerit et abstulerit in quatragința solidis den. puniatur pro uice qualibet, et persona et si [illegible] fecerit homini tantum et non mulieri non teneatur ad penam de quo ludo stetur iuramento utriusque

De pena euaginantis Arma uel adminantis cum eis — cap. xliii

Spatam cultellum uel pugionem uel aliquod genus armorum ferreum euaginauerit uel etiam adminauerit cum aliquo generatione armorum ferreorum uel ferratis contra aliquam personam, et non percusserit puniatur pena uigintiquinque librarum den. pro qualibet uice et persona, Volumus etiam et ordinamus quod ille contra quem fuerit euaginatum aliquod genus armorum uel adminauerit, cum eis contra illum ante fuerit adminatum, quod si ipse post euaginauerit aliquod genus armorum uel adminauerit cum eis contra illum talem qui prius uel ante euaginasse uel adminasset cum armis contra ipsum puniatur pena uiginti solidis den. pro quolibet et qualibet uice et non maiori

De pena facientis aliquem cadere in terram uel capientis per capillos — cap. xliiii

Quicumque [illegible] irato animo et malo modo impinxerit aliquem, et cadere eum fecerit in terram si contigerit dicta [illegible] sanguinem exire de capite uel facie ipsius puniatur pena quinquaginta librarum den. pro uice qualibet et persona, et si aliunde quam de capite uel de fronte sanguis exiuerit dicta causa puniatur pena uigintiquinque librarum den. pro uice qualibet et persona si cadere fecerit et sanguis non exiuerit in duodecim libris den. cum dimidia puniatur pro uice qualibet et persona, et eadem pena puniatur si quis irato animo, et malo modo ceperit aliquem per capillos

De pena facientis falsum instrumentum uel aliquid falsum [illegible]

Ordinamus, et statuimus quod quicumque fecerit falsum instrumentum uel aliud falsum commiserit uel falsum testimonium fecerit uel produxerit in ducentum libris denariorum pro quolibet et qualibet uice et quolibet dictorum casuum condempnetur et in emendatione damni [illegible] illi contra quem aliquod predictorum falsum fuerit uel productum

De Pena dicentium verba Iniuriosa ~ ~ ~ cap xlvj

Statuimus et ord. q si aliqs re imppercuerit alicui patris ut matris mortem adulterium uel
stuprum alicuius coniuncti usqz in tertium gradum consanguinitatis ut affinitatis inclusi-
ue in viginti quinqz libris den. puniatur sine diminutione, Si quis uero dixerit alicui retua-
gliosum ut cornutum uel uerba similia ut idem importantia puniatur in centum solidorum
pro qualibz uerbo, et si aliqs dixerit alicui Mulieri q fecerit suum vir cornutum puniatur
qualibz uice in quatraginta solidis sine diminutione, Si uero aliquis dixerit alicui
aliqua alia verba in Iuriosa puniatur pena quinqz sol. den. pro qualibz verbo in Iurioso
sine diminutione, et si fuerit coram potate ut vic. et facto puniatur

De Pena occupanti: Vias publicas ut uicinales cap. xlvij

Statuimus et ord. q si aliqua psona occupauerit uel degnastauerit aliquam viam publicam
ut uicinalem in totum uel in partem in quinquaginta solidis pro vice qualibz puniatur et
ipsam viam in prestinum statum reducat ad penam quinqz solidorum pro qualibz precepto
semel in die facto et quilibz possit contra facientes in predictis accusare, proiciens spinas ut
lapides in uiam ad dictam penam quinquaginta sol. teneatur

De Citationibus et exbandimentis in criminalibus, et allegatione absentie cap xlviij

Item stat. et ord. q quicunqz fuerit citatus uel requisitus pro aliquo Maleficio uel delicto,
psonaliter uel ad domum eius solite habitat. per aliquem Baylum dicti cois ex comis-
sione ut man.to potatis ut vicarij dicti castri debeat legiptime co'parere psonaliter ut
p curatorem legiptimum ad confitendum ut negandum coram potate ut vic. dicti cois sequenti die
post citationem de eo factam et si in termino prime citationis no' co'paruerit, et se excusa-
uerit ab accusa denumptia ut inquisitione contra eum data ut facta, citetur secundo omnis exspe-
sis uno die pro altero modo predicto et per temporie; et si in aliquo dictarum citatio-
num ter.o no' comparuerit ipse uel aliquis pro eo ut supra dictum est, ab inde in antea
comissione ut man.to potatis ut vicarij dicti cois ponatur in banno in ea qualitate
qua debz puniri secundum formam presentium statutor. loquentium de tali Maleficio seu
Malefitijs de dicto castro sancte Anatolie et eius ter.o In quo bano detur et assignetur
terminus ei quinqz dierum tunc proxime venturorum, et perhemptorie infra quem terminum
ipse ut eius procurator uenire, et comparere possit et debeat ad se excusandum
et defendendum ab accusa denumptia ut inquisitione contra eum facta uel data, et si ipse
ut eius procurator no' co'paruerit infra dictum terminum pro eo qui excuset et
et defendat a dicta inquisitione accusa ut denumptia ex tunc inde abantea habeatur pro
confesso et conuicto, de o'nibus et singulis de quibus procedatur contra eum, et dicta eius contu-
macia habeatur pro plena libera et sufficienti probatione, quod bannum semper no-
tificetur ipsi tali exbannimento psonaliter uel ad domum solite habitat., et terminus
assignetur in dicto bamno eo die quo ponitur in bamno ut sequenti, alis no' ualeat, et postea
procedatur contra eum ad co'denationem de Maleficio ut Malefitijs, contentis in accusa, denumptia

ut Inquisitione, data uel facta & cum secundum formam predictum statutorum loquentium de dictis
Maffijs, et si prima citatione fuerit absens a dicto castro et eius districtu dum primam citatio-
nem de eo factam, et eius legiptima uel coniuncta persona comparuerit coram curia dicti
castri, et allegauerit eius absentiam et Iurauerit ad s(anc)ta dei euangelia manu tactis
scripturis ipsam primam citatam fuisse absentem ante primam citationem de eo factam
et quod predicta animo calumpnie non petijt assignando dictum locum ubi dicit quod sit dicta
persona absens, detur et ei quindecim dierum tunc proxime venturi ad faciendum talem per-
sonam comparere infra quos terminos si non comparuerit, et se excusauerit dicta persona
absens uel alius pro eo qui eum possit excusare uel defendere abinde in antea procedatur
& ipsam personam habentem ad eodem procedatur tamquam & contumacem ut supra est dictum

De Pena receptantis exbanditos — cap. xlviiij

Quicumque receptauerit uel associauerit aliquem exbanditum sancte romane ecclesie uel communis spol(eti) qui sit
exbanitus a communi homicidij, furti robbarie, uel incendij, uel quacumque alia causa in persona, uel eius ex-
bandito dederit comedere seu bibere, seu cum dicto exbandito manducauerit, seu biberit in dicto castro
uel eius territorio in centum solidis denariorum puniatur pro qualibet uice, et quolibet exbandito, post notifi-
casificationem factam de dictis exbanditis, si uero aliquis consanguineus alicuius exbanditi
dicti castri a xxv libris denariorum supra ipsum exbanditum receptauerit, uel associauerit, uel eius
comedere publice dederit si talis exbanditus almeno eius quo consanguineo usque in quartum gradum
consanguinitatis uel affinitatis inclusiue, puniatur de facto in uiginti solidis denariorum sine diminutione
aliqua. Si uero exbannitus a uigintiquinque libris infra aliquis ut supra consanguineus
receptauerit ut supra in decem solidis puniatur sine diminutione, pro qualibet et qualibet uice —

De Pena Baiuli facientis aliquam falsitatem — cap. L.

Si quis Baiulus dicti communis qui pro tempore fuerit fecerit aliquam falsitatem et relatione in suo
officio uel aliam falsitatem fecerit uel commiserit in centum solidis denariorum puniatur pro qualibet
uice et damnum emendet cui interest in duplum

De modo procedendi de similibus ad similia — cap. Lj

De hijs que non reperiuntur in presenti statuto in Maffijs procedatur de similibus ad similia condem-
nando uel absoluendo ad arbitrium domini aduocati seu Iudicis pacium communis electi et eli-
gendi, et si simile in dictis statutis non reperitur

De Pena non probantis accusam et quomodo procedatur in ea — cap. Lij

Ordinamus et statuimus quod si aliquis accusauerit uel denumptiauerit aliquem de aliquo
Maffio uel delicto in curia dicti communis, et quod non probauerit pena [illegible] libri denariorum

et accusator uel denuptiator talem accusam uel denuptiam nō probauerit intotum ut in parte puniat in xl^a solidis den̄, et si de malitio ut delitto contento in accusa uel denuptia imponeretur pena a centum solidis den̄ infra usque in uiginti solidis et accusator uel denuptiator nō probauerit talem accusam uel denuptiam intotum uel in partem puniat^ur pena uiginti solidorum den̄ et si de malitio uel delitto in accusa siue denuptia contento imponeretur pena uiginti solid. den̄ infra, et accusator uel denuptiator, eam nō probauerit intotum uel in partem puniat^ur ead. pena uiginti solidorū. Volumus tamen, et ordinamus quod semper accusator uel denuptiator Juret manu tactis scripturis quod eam animo calupnie nō fecit et quod det fideiussionem de probando accusam uel denuptiam ad penam predictam, et potestas dictus dominus uel Vic^s nō probata accusa, ut denuptia quam fecerit intotum ut in partem teneat^ur condempnare accusatorem, seu denuptiatorem in penis predictis, in sententia absolutoria accusati ut denuptiati sine aliquo processu

De Pena facientis inconuenientem rumorem et nō accurrentium ad eum cap. liij

Statuimus et ordinamus quod si aliquis fecerit inconuenientem, Rumorem, gridando accurrete ut ad arma, sine legitima causa, in decem libris den̄ puniat^ur pro qualibet uice, et si aliquis fecit rumorem cum causa legitima, minores septuaginta annis et maiores uiginti videlicet homines masculi tamen, teneantur accurrere ad dictum rumorem si audiuerint ad pena uiginti solidorū den̄ pro quolibet et utrum audiuerit ut nō stetur Juramento illius contra quem procedit

De minoribus nō condempnandis, et Inquibus causis cap. liiij

Pueri videlicet minores septem annis non possint nec debeant de aliquo malitio uel excessu condempnari, et si condempnarentur nō ualeat ipso Jure Infantuli videlicet minores septem annis usque in decem annis cum dimidio, possint de dampnis datis cum bestiis condempnari de aliis uero malitiis, et delictis possint condempnari in quarta parte pene contente in presenti statuto loquente de tali malitio, ut delitto et non plus, et si aliter fieret nō ualeat videlicet maiores uero decem annis cum dimidio usque in quatuordecim annos nō possint condempnari de aliquo malitio ut delicto nisi ~~...~~ immediatate pene contente in presenti statuto loquente de tali malitio uel delitto, et si aliter fieret nō ualeat, maiores uero quatuordecim annis de omnibus singulis malitiis, et delictis per eos commissis condempnentur pena integra secundum formam presentium statutorum, et de etate omnium predictorum stetur et credatur Juramento patris, ut matris si habuerit, et si nō habet, Juramento duorum consanguineorum bone fame

De Penis mitigandis propter confessionem et alia cap. lv

Statuimus et ordinamus quod quicumque fuerit accusatus denuptiatus ut Inquisitus de aliquo de aliquo malitio ut delitto et sponte confitebitur coram potestate ut Vicario dicti comunis

ipsa delict. ul Mallia [illegible] comisse ul fecisse, quarta pars pene seu banni quam soluere teneret pro ipso maleficio detrahatur et minuatur eius. Si pacem habuerit cum suo aduersario ante latam sententiam, de ipsa pace carta rogata notarius dicti comunis, si pena malefitii ascenderet penam quinquaginta librarum, et abinde supra, et si pena malefitii uel malefitiorum de quibus uel quo procederetur esset quinquaginta librarum, uel abinde infra, tunc sufficiat probatio duorum testium legitime probantium coram curia, et dictam pacem produxerit coram potestate uel uicario in publicam formam uel per testes ut supra, medietas pene seu banni residui minuatur et detrahatur eius. Et si soluerit condepnationem contra eum latam infra decem dies post latam sententiam proxime uenturos, eius quarta pars residui banni siue pene in qua ueniret [illegible] remittatur. Et si non soluerit dictam condempnationem infra dictum terminum decem dierum, soluat, et soluere teneatur quartam partem plus totius sue condepnationis, et banni sine aliqua diminutione et locum non habeat in quantitatibus decem solidorum, et abinde infra

De modo citandi forenses in criminalibus cap. lvj

[Statuimus] et ord. quod forenses in criminalibus causis ad se excusandum, et defendendum ab accusa, denumptia, uel inquisitione data uel facta contra eos, citentur personaliter uel ad domum eorum solite habitationis si erunt de ualle narci, Et si non erunt de ualle narci citentur in locis ubi ius redditur per uiam dicti castri bis, publice et alta uoce per aliquem Baiulum dicti comunis, quarum citationum ultima sit peremptoria. Et si non comparuerunt in termino alicuius dictarum citationum, ponatur in banna, secundum formam capituli loquentis de modo procedendi in malefitiis contra contumaces, Et bannum nec terminus banni non notificetur alicui forensi, sed potius elapso termino banni dicti forenses non comparentes infra terminum dicti banni habeantur pro confexis et conuictis de malefitiis uel delictis de quibus procederetur contra eos

Quibus diebus non possit Potestas in malefitiis condepnare uel absoluere cap. lvij

Item statuimus et ordinamus quod potestas et Vicarius dicti comunis quilibet ipsorum possint et ualeant singulis diebus feriatis uel non feriatis et sollepnibus, exceptis festiuitatibus domini nostri Iesu Christi cum duobus sequentibus diebus sequentibus, Epiphania Domini, diebus Dominicalibus Pascatis Resurrectionis Domini nostri cum duobus diebus sequentibus, festiuitates Pascatis pentecostes cum duobus diebus sequentibus, Ascensionis Domini die ueneris sancti, et festiuitatibus Beate Marie Virginis, procedere in malefitiis condepnando, et absoluendo, et ualeat et teneat pleno iure

De Pena arengantis quod alicui condepnatio remittatur [illegible]

Item statuimus et ord. quod quicumque arengauerit dixerit uel consuluerit in aliquo consilio [illegible] ga dicti comunis quod remittatur alicui aliqua condepnatio uel pars alicuius condepnationis [illegible] uel alicui condepnato detur uel prorogetur aliquod terminum ultra terminum decem dierum [illegible] dicti castri incidat in penam decem librarum denariorum pro qualibet uice. Et [illegible], et si aliquis camerarius permiserit poni ad eius introytum in libro dicti comunis denarios [illegible] quos uere ueritate non recepit, teneatur et debeat ipsos denarios de suo proprio soluere dicto comuni

ad penam centum solidorum den., Et similem penam videlicet decem librarum incurrat Vic. qui
pro tempore erit in dicto castro qui predicta aliquam proponeret et mitteret in
arengha dicti comunis vel consilio de aliqua gratia fienda alicui condepnato sive alia persona
et qui mitteret aliquid ad partitum predictum, Et Notarius dicti comunis qui pro tempore
erit qui predicta aliquid scriberet vel persuaderet in aliqua arengha sive
consilio dicti comunis incidat in penam predictam, et Potestas et Vic. dicti comunis vinculo
eorum iuramenti et sub dicta pena teneantur inquirere deliquentes et punire eosdem

Quod sententie ferantur de consilio Advocati comunis — cap. lx

Ordinamus et statuimus quod omnes et singule sententie condepnatorie et absolutorie dande sive fe-
rende per Potestatem sive Vicarium dicti comunis deneantur et promulgentur de consilio Advo-
cati comunis dicti castri, Ad quod consilium citentur hij quorum interest una die pro alia,
et si potestas sive vic. dicti comunis contra dictam formam aliquem condepnaret vel absolveret
incidant in penam dupli quantitatis contente in condepnatione, et in qua debeat condepnari
si absolveret, cuius pene medietas sit comunis predicti et alia medietas sit camere apostolice
et nihilominus dicta sententia lata vel data contra vel sine consilio Iudicis Advocati dicti comunis
sit ipso iure et nulla et exequi non possit

Quomodo ferantur Sententie — cap. lx[i]

Omnes et singule sententie condepnatorie et absolutorie criminales ferende sive dande per
Potestatem vel Vicarium dicti comunis deneantur et pronuntientur et promulgentur in consilio consi-
liariorum dicti comunis in loco ubi ius redditur per curiam dicti comunis, et ad dictas sententias
audiendum citentur hij quorum interest una die pro altera, et ipse sententie per Potestatem
dicti comunis executioni mandentur. Et propterea statuentes quod potestas dicti castri
non possit ferre nec dare aliquam sententiam condepnatoriam ultra qualitatem per-
missam per formam presentium statutorum, et si contrafactum fuerit non valeat et nullius effi-
catie et valoris esse decernimus, et si Vicarius dicti castri de voluntate Potestatis
castri predicti qui pro tempore erunt possit et valeat sententias condepnatorias ferre
et valeat dummodo de ipsa voluntate potestatis appareat manu Notarii dicti communis
et offitialis qui pro tempore fuerit

De pena ementis vel rem litigiosam — cap. [lxi]

Statuimus et ord. quod nulla persona emat vel vendat Rem litigiosam vel per alium possessam
ad penam decem librarum den. pro qualibet vice et persona, et Nihilominus ipsa venditio
sit nulla et nullius valoris

De pena petentis [debitum] iam solutum — cap. lxii

Item statuimus et ordinamus quod quicumque petierit in curia dicti comunis ab aliquo debitum iam

solutum

solutum si quantitas fuerit (a) decem solidorum denariorum vel ab inde infra puniatur decem libris
denariorum, et si quantitas fuerit a centum solidis denariorum supra puniatur pena vigintiquinque
librarum denariorum pro vice qualibet

De Pena opponentis contra publicum Instrumentum cap. lxiij

Statuimus et ordinamus quod quicumque opposuerit contra aliquod publicum Instrumentum in curia dicti comunis
nisi exceptionem falsitatis vel solutionis vel quietationis vel usurarum aliam quamvis exceptionem
puniatur in decem libris denariorum

De Pena negantis consanguinitatem cap. lxiiij

Ordinamus et statuimus quod quicumque negaverit fraternitatem, consanguinitatem vel filiationem
vel affinitatem vel convictum in iudicio de quo esset publica vox et fama in decem libris
denariorum puniatur pro qualibet vice

De Pena Blasfemantium Deum et sanctos cap. lxv

Quicumque blasfemaverit vel maledixerit, addespectaverit vel adderspectaverit Deum vel
Beatam Virginem Mariam eius matrem de facto puniatur in decem libris denariorum
pro qualibet vice, et quicumque maledixerit vel addespectaverit aut blasfemaverit sanctum
vel sanctam dei, de facto puniatur viginti solidis denariorum pro qualibet vice, pro pena
de quibus predictis penis et bannis vel aliquo ipsorum non detrahatur aliquid ullo
modo nisi solum confitens sponte coram curia in Iudicio quarta pars detrahatur
et quicumque Iuraverit per corpus vel membra vel per sanguinem vel per eorum et cuiusque ipsorum
viscera vel aliud membrum dei vel Beate Marie Virginis puniatur pena quinque solidorum
pro quolibet vice qualibet de facto, et volumus et ordinamus quod Potestas et Vicarius dicti comunis
ac etiam offitiales dicti castri teneantur et debeant sub vinculo eorum Iuramenti et
dictionis eorum et cuiusque ipsorum deputati salarij procedere contra dictos blasfemantes
et maledicentes et notarius et offitiales predictus si procederent habeant terciam partem
dicte pene

De Pena se opponentis contra [illegible]

Ordinamus et statuimus quod quicumque opposuerit contra Potestatem vel vicarium dicti comunis quando
ipsi vel aliquis ipsorum facerent vel facere vellent aliquam executionem contra ali-
quem in persona vel in rebus vel aliquem de publico carcere exiverit vel eximi
duxerit aliquam personam retentam per Potestatem vel vicarium dicti
comunis, sine licentia Potestatis vel vicarij dicti comunis puniatur pena vigintiquin-
que librarum denariorum pro qualibet vice et persona

R. ARCHIVIO DI STATO DI ROMA
BIBLIOTECA

19v

De pena destruentis murum domus aliene — cap. lxvij

[O]rdinamus et statuimus quod quicumque destruxerit vel deguastaverit murum alienum domus aliene contra voluntatem illius cuius est, in viginti quinque libris denariorum puniatur, et quicumque ex muro eius elevaverit aliquam lapidem de muro domus aliene contra voluntatem illius cuius est domus pro qualibet lapide in quinque solidis denariorum puniatur, et si fuerit cum voluntate illius cuius est domus vel non steterit et credatur sacramento illius cuius est, nisi aliud probetur et in quolibet dictorum casuum damnum emendent patienti in duplum

Quod prestito fideiussore inquisitus licentietur nisi indicia procedant et quod testes cogantur. cap. lxviij

[S]tatuimus et ordinamus quod si accusatus denuptiatus vel inquisitus voluerit se excusare et defendere, et dare fideiussorem de dicto [illegible], potestas et vicarius dicti comunis et quilibet ipsorum tene-antur et debeant licentiare ipsum talem accusatum denuptiatum vel inquisitum, prius per ipsum ydonee satisdato ut supra, et retinere vel cogere non possint neque debeant nisi de maleficio vel maleficiis de quo vel quibus procedentur contra eum precedentibus legiptima indicia vel inditium secundum que vel quod de iure comuni possit cogi ad confitendum, tunc dicto casu, potestas vel vicarius et quilibet ipsorum possint et valeant talem accusatum, denuptiatum vel inquisitum contra quem procederent talia indicia vel inditium cogere ad confitendum per duos dies tantum, et non plus, in loco ubi ius redditur vel in ecclesiam sancte Anatolie, possint etiam cogere testes, ad probandum maleficia per duos dies tantum, et non plus in locis predictis, et hoc locum habeat in maleficiis cum sanguinis effusione perpetratis, et in aliis erroribus tantum

De pena frangentis pacem — cap. lxviiij

[O]rdinamus et statuimus: ad hec ut paces facte et fiende inviolabiliter observentur quod nulla per-sona audeat vel presumat aliquam pacem factam vel fiendam cum aliquo, vel aliquibus suis inimicis rumpere vel modo aliquo contra ipsam pacem facere vel venire ad penam quinquagintalibrarum denariorum ultra penam comissi maleficii

De pena negantis possessionem — cap. lxx

[I]tem statuimus et ordinamus quod si aliquis fuerit accusatus denuptiatus vel inquisitus, de aliquo dampno dato et negaverit possessionem [illegible] vel esse accusatoris vel denuptiatoris, et accusator vel denuptiator probaverit possessionem esse suam, tunc talis accusatus denuptiatus vel inquisitus qui negaverit possessionem ut supra, incidat in penam decem librarum denariorum, et expensas [illegible] accusatori vel denuptiatori

De modo dandi et retrahendi accusam — cap. lxxj

[Q]uoniam sic quod primi motus non sunt in potestate hominis, ideo statuimus et ordinamus quod si quis voluerit aliquem accusare de aliquo maleficio [illegible] delicto, possit accusare

offensore In fra terminum trium dierum a die facte offensionis computandorum et similiter infra terminum trium dierum a die date uel facte accuse, liceat accusatori damnum accusam retrahere et admullare coram D. Potestate uel Vic. dicti comunis cum rogatione notarii et officialis dicti castri, et retracta dicta accusa Potestas et Vic. predicti procedere non possint, et si procederint non ualeant quoquo modo

De Dannis Datis

De pena Incidentis Arbores alienas cap. lxxij

Quicumque inciderit uel exportaverit aliquam arborem alienam uel ramum aliene arboris valoris quinque solidorum et ab inde supra usque in decem solidis puniatur pena in viginti solidis den., et si esset valoris decem solidis et ab inde supra In quadraginta sol. den. puniatur et quolibet dictorum casuum damnum emendet patienti in duplum secundum extimationem fiendam per duos homines eligendos per vic. et consiliarios et si aliquis inciserit salices iuxta flumen incidat in pena duorum libr. pro qualibet vice qualibet

De Pena damnum dantis In Possessione aliena pergulata cap. lxxiij

Ordinamus et statuimus quod nulla persona audeat uel presumat dare damnum uel pascurare cum aliqua bestia bouina, asinina, cauallina, mulina et porcina in aliqua possessione in qua sunt pergule alte uel basse, pena quinque solidorum pro qualibet bestia et qualibet vice pascurante in possessionibus pergulatis uel arboratis arborum fructiferorum, et si dicte bestie grosse et bestie caprine damnum dederint ad pergulas et ad alias arbores fructiferas videlicet corrodendo pena decem solidorum pro qualibet bestia grossa et pro qualibet bestia caprina solidos quinque den. puniatur vice qualibet, et si quis damnum dederit seu pascurauerit in dictis possessionibus cum bestiis minutis Incidat in penam pro qualibet bestia pecudina sex den. et pro qualibet b. caprina sol. quinque den. et si dicte bestie grosse uel porcine dederint damnum ad glandes alienas incidant in pena quinque solidorum den. pro qualibet vice et qualibet bestia et pro qualibet bestia minuta pena unius solidi den. et [illegible] emendet patienti secundum [illegible] tionis fierit [illegible]

De Pena colligentis Vuas cap. lxxiiij

Item statuimus et ordinamus quod nulla persona audeat uel presumat colligere vuas alienas sine licentia illius cuius sunt vuee et qua licentia stet in [illegible] domini vuee

20v

si fuerit de die pena unius libre, si de nocte pena vigintiquinque librarum den. pro qualibet et qualibet vice et persona, et nichilominus malefactor emendet damnum in duplum

De Pena damnum d. cum bestijs in bladis fructibus vel prato alieno c. lxxv.

In bladis sive leguminibus alienis quicumque cum aliquibus bestijs grossis damnum dederit incidat in penam quinque solidorum pro qualibet bestia et qualibet vice, et damnum emendet patienti et in eadem pena puniatur quicumque cum aliquibus bestijs damnum dederit in prato alieno videlicet bestijs bovinis asininis, cavallinis, mulinis et porcinis, cum alijs vero bestijs pecudinis [illegible] in bladis vel leguminibus pena [illegible] et dans damnum in prato pena [illegible] et pro qualibet bestia caprina dans damnum in dictis locis dominus ipsarum bestiarum caprinarum solvat duos solidos et vice qualibet

De Pena accipientis lignamina aliena cohadunata cap. lxxvj

Si quis ligna chohadunata de aliqua domo possessione vel loco sine voluntate domini seu patroni abstulerit vel acceperit ad penam quinque solidorum den., de nocte pena decem solidorum puniatur et emendet damnum patienti in duplum

De Pena deguastantis bladum alienum personati cap. lxxvij

Bladum alienum personatum quicumque quoque modo cum ferro vel bastone deguastaverit, si studiose in centum solidis den. puniatur, et si alias damnum dederit personatum in blado alieno puniatur quinque solidorum, et damnum emendet patienti in duplum

De Pena pascurantis in possessione aliena in qua est bladum mexum vel lxxviij

In possessione aliena in qua est bladum mexum nulla persona pascuret vel det damnum cum aliqua vel aliquibus bestijs grossis ad penam quinque solidorum pro qualibet bestia et vice qualibet, et pro qualibet bestia pecudina den. sex, et pro qualibet bestia caprina solidi unius den., et si dicte bestie grosse damnum dederint ad metam barcones vel manipulos puniatur dominus ipsarum bestiarum pena decem solidorum pro qualibet vice et qualibet bestia et pro qualibet bestia pecudina solidi unius et pro qualibet bestia caprina duorum solidorum den. pro qualibet bestia et vice qualibet

De Pena non Retinentis bestias in stabulo de nocte cap. lxxviiij

Quilibet habens capras vel porcos [illegible] debeat dictos porcos et capras tenere [illegible] ad penam [illegible] pro qualibet vice et bestia

De Pena pascuatis i carbonarijs ut ripis cois et incidutas ligna c. lxxx

In carbonarijs uel Ripis dicti cois nulla persona pascuret cum aliq uel aliquibus bestijs grossas iuxo ipsum castrum sancte anatolie, ad penam duor solidor den pro qualibz bestia et uice qualibz, et pro qualibz bestia minuta pena den sex et nulla persona audeat uel presumat Incidere ligna ut separia existentia in dictis ripis seu carbonarijs sine licentia capitanei dicti cois de qua licentia steetur simplici uerbo dicti capitanei ad penam decem solidoru et nullus forensis audeat ut presumat Ineritic dicti castri Incidere lignamina uel separia aut spina ad penam uiginti solidoru pro qualibz et qualibz uice

De pena colligetibz de fructibz fabis et alijs leguminibus. c. lxxxj

Fructus arboru alienaru domesticaru, sine licentia patroni quicuqz colligerit puniatur pena decem solidoru, et in eadem pena puniatur quicuqz colligerit legumina et alios fructus alienos, et danu emendet patienti

De Pena facientis Herbam Alienam cap lxxxij

Quicuqz in prato, orto siue in campo ut canapina alienis co uoluntatem patroni erbam fecerit falciauerit uel mexuerit, puniatur pena decem solidorum den et danum emendet patienti in duplum

De pena D.D. uel pasculantis, in orto uel croco alienis c. lxxxiij

In orto uel croco alienis quicuqz danu dederit cu bestijs grossis puniatur pena decem solidoru, den, et pro qualibz bestia porcina pena quindecim solidorum et pro qualibz bestia pecudis pena unius solidi, et pro qualibz bestia caprina solidis quinqz den et semp danu emendet patienti in duplum

Q licceat ducere bestias forensiu dimo assignet vic. et curie dicti castri c. lxxxiiij

It statuimus et ordinamus q cuilibz de dco castro s.te Anatolie Inuenient aliquas bestias alicuius forensis in territorio dicti castri S.te Anatolie danu dantes ut pleurias liceat dictas bestias [illegible] danu dantes ac vic.o et officiali dicti cois assignare qui vic. et officialis eas penas no restituere d[illegible] ut custodi nisi prius solucc ut Inegre danum patienti et penam secundu formam capitulo[illegible] danum [illegible] sutor loquentium

De Pena danu D seu pascuatis et Inci de [illegible] in silua ut poss aliena [illegible] c. lxxx[illegible]

21v

In silva et possessione alienis bandita nulla persona [illegible] pascuare ad penam viginti solidorum pro quolibz et qualibz vice et dani emendet in duplum, et quicunq damn dederit seu pascuaverit in possessione aliena [illegible] bandita, incidat in penam quinq solidorum den. pro qualibz vice et qualibz bestia grossa, et in possessionibz bandiatis in cultis in medietate dicte pene, et pro qualibz bestia minuta sex den. vice qualibz, et si aliquis fecerit viam malitiosam per [illegible] bandiatas solvat penam quinq solidor. den. pro quolibz et qualibz vice

De Pena non tenentis Canem ligatum cap. lxxxvj

Quilibet persona habens canem, teneat et debeat anno quolibet in festo s.te marie Aug.ti usq ad decem dies post festum s.ti angeli de mense septebris, ipsum canem ligare et ligatum tenere continue, ita et taliter q de illo loco in quo erit ligatum no possit discedere ad penam quinq solidorum pro qualibz vice fuerit dissolutus dco tempore, et de nocte duplicet dca pena, volumus tamen et ordinamus q quilibz liceat sine et bano cane ducere in montem cum bestijs solus dumodo non faciat damnum ad vineas

De Pena Pullorum danum dantium cap. lxxxvij

Pulli alicuius persone si danu dederit in blado legumine, ut vineis alienis domini ipsorum pullorum puniatur pena duodecim denariorum pro qualibet pullo et vice qualibet, et dani emendet patienti in duplum

De Pena Pascuantis In Area aliena c. lxxxviij

In Area aliena quando in ea est bladum, nulla persona presumat damnu dare cu aliqua vel aliquibz bestijs ad penam quinq solidoru pro qualibz bestia grossa et bestia porcina et pro qualibz bestia minuta den. sex, et quando no est bladum immediatate dicte pene pro qualibz et qualibz vice et bestia

Quod no possit p Inquisitionem pcedere in danis datis. c. lxxxviiij

[illegible] et ordinamus q potestas seu [illegible] no possit neq debeat aliquo modo [illegible] contra [illegible] cum bestijs, vel [illegible] facientes vias [illegible] per possessiones alienas, volumus tamen et ordinamus, q potestas teneat [illegible] ipsorum ad [illegible] possessionis seu [illegible] [illegible] laborare ex [illegible] vel beate vel beate [illegible] [illegible] et [illegible] per Inquisitionem [illegible]

De Pena facientis viam malitiosam c lxxxx

Faciens viam malitiosam per possessionem alienam laboratiuam sine licentia patroni possess. in quinque solidis den. puniatur pro quolibet et qualibet vice qua fuerit accusatus, a danno passo cum iur. ats ad penam non teneatur

Quod quilibet liceat accusare cum Juramento c lxxxxj

Statuimus et ordinamus quod quilibet de dicto c. liceat accusare cum Juramento omnes et singulos quos uiderint dannum dare personaliter uel cum bestijs in aliqua eius possessione uel conducta et credatur ei usque in quantitatem quinque solidorum sine aliquo teste et cum uno teste fidedigno usque in decem solidis den. plena fides adhibeatur

De Pena D.D. manuali in orto alieno c. lxxxxij

Item statuimus et ordinamus quod quilibet dans dannum manualiter in orto alieno incidat in penam viginti bonen. pro quolibet et qualibet vice persona et quilibet persona possit et ualeat cum Juramento accusare

De Pena D.D. uel incidentis in rosta seu silua molendini cap. lxxxxiij

Statuimus et ordinamus quod quilibet dannum dederit uel inciderit arbores et ramos uel frascas arborum cuiuscumque sortis in rosta seu silua molendini soluat penam viginti bonenorum pro quolibet et qualibet uice et quolibet arbore ramo uel frasca sine aliqua diminutione et pro qualibet bestia grossa et bestia caprina pascurante in dicta silua seu rosta solid. decem den. et quod quilibet possit et liceat accusare cum Juramento cum duobus testibus fidedignis

De Pena D.D. cum bestijs ad plantas salcioni iux cursum fluminis c. lxxxxiiij

Item stat. et ord. quod quecumque bestia grossa et caprina rodens seu aliquo modo deguastans seu rumpens arbores et salices existentes iuxta cursum fluminis, patroni dictarum bestiarum incidat in penam solid. viginti pro qualibet bestia et vice qualibet et emendare dannum [illegible] in duplum

De Pena D. dantis in falciatiuo melis cuscerni c. lxxxxv

Item stat. et ordinamus quod nemo de dicto c. uel forensis audeat ponere ... mat cum bestijs aliquibus pasculari in falciatiuo melis cuscerni ... dicti comunis a chalendis mensis Aprilis usque quo fuerit falciat.

puniatur pena bonen. octo pro qualibet bestia grossa, et qualibet vice, et pro qualibet bestia minuta unius solidis et sex den. pro qualibet et qualibet vice, teneatur damnum emendare dicto comuni

De Pena dampnum dantis ad fractas et apparimé alienas c. lxxxxvj

Item statuimus et ordinamus quod quilibet ex[illegible] et de[illegible] fractas seu apparimen possessionum alienarum, puniatur [illegible] florenorum pro qualibet et qualibet et qualibet vice, et persona et liceat cuilibet [illegible] de [illegible] seu [illegible] fractas et apparimen alienas accusare et denuntiare [illegible] officiali dicti comunis et credatur suo iuramento sine aliqua teste

De forensibus in dampnis dat. manuali vel cum bestijs pene duplicentur cap. c. lxxxxvij

Item stat. et ordinamus quod omnes pene dapnorum datorum et extraordinariorum manuali vel cum bestijs forensibus duplicentur [illegible]

De Pena molestantis tenuta alicuius vel cois ~~~~ cap. lxxij

Statuimus et ordinamus quod si aliquis invaserit molestaverit vel occupaverit possessionem alienam vel alicuius datam in tenutam per aliquam curiam puniatur pena viginti quinque librarum denariorum et de predictis possit per inquisitionem contra procedi, et similem penam incurrat quicumque intraverit vel quolibet molestaverit coe in aliqua tenuta capta alicui per officiales dicti comunis pro debitis ipsius coe vel pro mallijs non solutis sive dampnis datis vel quavis alia occasione per coe sive eius officialis capta vel capienda sub dicta pena viginti quinque librar. den.

De aplicatione penarum ~~~~ cap. lxxiij

Pene omnes tam mallior. quam d. D. et pontatur. cuiusvis generis aplicentur hoc modo vz. pene malliorum civilium sint dominorum cancellarii et Potestatis pro equali portione et aliarum penarum tertia pars sit libera accusatoris si fuerit tertia pars sit cancellarij d. Cois et alia tertia pars sit inter Comune et Potestatem. si vero non fuerit accusator et accusa fuerit facta per [illegible] seu [illegible] offitialem DD. tertia pars que esset accusatoris sit dicti Comunis et ut supra pene dicuntur ordinamus sub pena privationis parti non observanti, et applican. Coi

De Extraordinariis

De festivitatibus custodiendis cap.m lxxxviii

Statuimus et ordinamus quod nulla persona de dicto castro et eius terris vel aliunde in dicto
castro et suo territorio laboret seu laborari permittat vel faciat, aliud manuale opus in
infrascriptis diebus festivis, videlicet in diebus dominicalibus, In Nativitate Domini nostri Jesu Christi
In festo sancti Joannis Baptiste, In epiphania domini, In festo Resurrectionis Domini cum duo-
bus diebus sequentibus, In festo corporis christi, In festo duodecim principalium apo-
stolorum In festo omnium sanctorum, In festo qualibet veneris sancti, In festo sanctorum
Luce et Marci, et cuilibet ipsorum, In festo sancti Laurentii, In festo sancti Stephani [illegible]
utroque festo sancte crucis, In festo sanctorum innocentium, In festo [illegible]
domini In festo sancti Martini, In quolibet festo sancte Marie, In festo sancti Joannis
ante portam latinam, In festo sancti angeli de mense Maii et septembris, In
festo sancti Nicolai, In festo sancti Sylvestri, In festo sancti felicis et Mauri et
in festo omnium ecclesiarum existentium in dicto castro et eius territorio et districtu, ad penam
quatuor solidorum denariorum pro qualibet persona et in diebus dominicalibus et paschalibus in festo
omnium sanctorum, In festo Nativitatis Domini nostri Jesu Christi, In festo [illegible] Marie et
de augusti et In festo sanctissimi corporis christi, ad penam decem solidorum, et in festo sancte
Anatolie, sancte Marie gratiarum, sancti Berardini, sancti Sebastiani et sancti
Rocchi ad penam viginti solidorum pro quolibet et qualibet vice et quibus [illegible]
quarum pene exigantur de facto sine aliqua diminutione, Volumus tamen quod sit
et liceat cuilibet sine pena et banno in quolibet die et festo preter in nativitatis Do-
mini, in diebus pasche et resurrectionis et in die veneris sancti et in diebus
dominicalibus in festo assumptionis beate Marie virginis et [illegible] beati filii
et Marie sancte Marie gratiarum sancti Berardini et [illegible]
[illegible] salmis et sine salma absque pena et banno [illegible] et ordinamus [illegible]
tempore messium [illegible] tempore liceat unicuique sine pena et banno quolibet
die et festo [illegible] componere et discomponere bladum et [illegible]
et adducere lignum [illegible] quod duo homines soli ducere vel portare [illegible]
sine pena et banno Recolligere et [illegible] et adunare [illegible]
[illegible] dicti temporis In [illegible]
[illegible] sancte Marie gratiarum et sancte Anatolie [illegible]
[illegible] seu feni pro bestiis, et [illegible] colligere portare et [illegible]
et alia comestibilia colligere [illegible] quolibet die et festo [illegible]
[illegible] statuimus et ordinamus quod [illegible]
[illegible] dicti comunis [illegible]
[illegible] virginis [illegible]
et [illegible] sancte Marie gratiarum [illegible]

celebrari facere teneatur ad expensas dicti co(mun)is ad reverentiam et honore(m) S(an)cti sebastiani et sancti Berardini in eor(um) festivitatibus ad minus unam missam pro qualibet dictor(um) festivitatum, et si vicarius predictus contrafecerit incidat in penam viginti bononenor(um) de facto auferend(orum) sine aliqua diminutione

De pena ponentis aliquid ingoborament(um) in eccl(esi)a S(an)cte M(ari)e Gratiarum c. lxxxxviiii

Item statuimus et ord(inamus) q(uod) nemo de dicto castro vel alium audeat neq(ue) presumat ponere et te(ne)re saxare in ecclesia sancte Marie Gratiarum lignamina fenum, erbam canipam vel ingoboramentum sine aliud turpe facere, ad penam viginti solidorum denarior(um) pro qualibet et qualibet vice et persona

De ceris dand(is) et offerendis infrascriptis ecclesiis cap(itulum) C.

Quoniam sancti intercessores sunt pro nobis coram Deo, ideo ad laudem honore(m) et reverentiam omni(um) sanctorum et sanctar(um) Dei, statuimus et ordinamus q(uod) vicarius dicti co(mun)is gerit in tempore, teneatur et debeat sumptibus dicti communis emere cereos cere anno quolibet v(idelicet) unum pro ecclesia sancte M(ari)e plebis in festo R(everendissi)mo D(omi)ni n(ost)ri Jesu christi, unum pro eccl(esi)a s(an)cte M(ari)e Gratiarum, et unu(m) pro ecclesia s(an)cte Anatolie. Et in festivitatibus dictarum ecclesiar(um) ponderis quinq(ue) librarum pro quolibet cereo et in dictis festivitatibus offerentur et si dictus vicarius fuerit negligens in predictis incidat in penam unius floreni

De authoritate consiliariorum, et pena no(n) euntium ad co(n)silium cap(itulum) ci

Consiliarii dicti co(mun)is qui pro tempora erunt, teneantur et debeant ire ad co(n)silium quam mandati fuerit eis vel cuilibet ipsorum per vicarium vel per aliu(m) officialem dicti co(mun)is ad penam quinq(ue) solidorum pro qualibet et qualibet vice, qui consiliarii habeant potestatem authoritatem et baliam consulendi et ordinandi in factis dicti communis secundum formam capitulorum p(re)sentium statutoru(m), et quicquid factum consultum provisum deliberatum, et ordinatum fuerit per ipsos vel maiorem partem ipsor(um) valeat et teneat pleno iure, et teneatur eorum et cuilibet ipsorum offitium bene fideliter et legaliter exercere, et semper pro dicto co(mun)i utilitatem co(n)sulere remotis ab eis amore timore odio prece pretio et o(mn)i alia humana gr(ati)a

De comestione D(omini) Potestatis et pena comedentis cum eo i(n) comestione cap(itulum) cii

Camerarius dicti co(mun)is qui pro tempora fuerit, cum licentia et co(m)missione vicarii expend(ere) dicti communis p(ossit) comedere D(omi)no Potestati et eius socio, et vicario et not(ario) dict(i)

cois semel tantu quam venerit ad iuran officium potatie dicti castri, et nullus
alius de dco castro comedat cu predictis potate vicario et notio in dca comestione
ad penam viginti solidorum denariorum de facto auferendorum sine diminutione
aliqua, et cam^s dicti cois teneatur et debeat contrafacientes in predictis infra octo
dies assignare consiliarijs et potati, et Potas teneatur vinculo Juramenti in predictis
executionem facere, ac etiam dcus cam teneatur et debeat de pecunia dicti cois dare
et soluere vicario notio consiliarijs et baiulo dicti cois qui pro tempore fuerint de
dictis centum solidis den habeant pro ipsorum quolibet quinque solid, et aliud de
predictis cent solid habere non debeat

De exactione debitorum communis cap . ciij

Potestas et vicarius dicti cois et quilibet ipsorum qui pro tempore erit, teneantur et de-
beant tempore eorum regiminis sub vinculo eorum Juramenti facere peruenire ad ma-
nus camerarij dicti cois cum effectu oes quantitates condempnationum lat tempore
eorum regiminis, nisi dce condepnat lat essent in fine ultimi mensis eorum offitij
et tunc pxie, facere peruenire dictas codepnanoes ad manus cam dicti cois in-
fra tres dies post lat dce codepnat, qui Potas et vic teneantur et debeant facere
peruenire ad manus cam dicti cois o'ia et singula coptima cottas bandima
pontaturas et prouent dicti cois

Quod laborator teneatur soluere cottas cap . c . iiij

Item statuimus et ordinamus q quicumque laborauerit aliquam alienam possessionem de
qua de Jure debetur soluere et solui cotta; et de ipsa possessione non soluerentur cottam
in terminum dat ad soluen ipsam cottam, et dictus laborator teneatur et debeat in
quindecim dies postque recolligen fruct ditte possessionis totam partem domini possessionis
fructus dare et assignare cam^o ditti cois recipienti pro cottis dni ditte possessionis et
si dittus laborator non fecerit soluere integram cottam dicti dni possessionis et Vicarius
dicti cois possit Imponere penam dco tali laboratori q pro observatione predictorum
uel aliquo eorum viginti solid den de facto exigend pro quolibet die. Et quicumque
teneret aliquam domum in castro sancte Anastasie ad pensionem alicuius quo debetur
soluere cottam pro dicto patrono domum quam teneret ad pensionem modo et forma
et sub penis predictis

De Gabella bestiarum cap . c v .

Quilibet de ditti castro, et eius teritorio, liceat tenere ome genus bestiarum [illegible] et
quilibet teneatur et debeat de mense [illegible] gabellam [illegible] cam

camerario dicti cois pro ipso coi recipienti hoc modo vz pro qualibz bestia pascurate duodecim denarios ad penam duodecim denariorum pro qualibet ~~et qualibz~~ die quo steterit immora soluen pro bestia et bestie a salma soluere dnr no teneatur

De mo Inponendi cottas et pena vicarii no soluentis debita cois cap cvj

Vicarius et consiliarij una cum quinqz alijs massarijs dicti cois ad infrascripta uocand uel eligendis per dcuz vicm et consiliarios pro satisfactione debitorum et expen ditti cois possint imponere et deliberare cottas soluen camo ditti cois secundu extimam et ad terminum statuendum p vicarium et consiliarios predittos, et quilibz vicarius in futurum eligend in ditto castro teneat et debeat pena quinquaginta solidorum den oes et singlas expensas et debita ditti cois occursas et occurrendas tempore sui offitij vicariatus integre satisfacisse. Ita q. de suo - in suo semestri aliquis creditor dicti cois non remaneant. Et quicunq. here aliquid recipere in ditto comuni debeat scribi facere et assignare infra terminum statuendum p dcuz vicm p bayulm eius parte fiendum, et de illis creditoribus sue expen que infra dittum terminum scripte no essent in libro dicti cois dcus vicarius ad penam aliquam non teneatur

Quod vicarius et consiliarij possint dare licetia, saluo d tenuta cois c. cvij

Stat et ord. q. vicarius et consiliarij dicti cois pro utilitate et conseruatione ditti cois et hominum ipsius possint et ualeant dare licentiam hominibus dicti castri de bonis dict cois tenendi et ingoberandi, et qc qd in predittis factum fuerit p dictos vicm et consiliarios ualeat et teneat pleno iure, saluo de tenutis captis et infuturum capiendis pro cottis non solutis mattys panis datis uel alijs causis quibuscunq, de quibus dare licentiam non possint et si licentiam aliquam dederit non ualeat ipsa licetia saluo q. si ille qui per dcuz coe capta est tenuta soluerit camo dicti cois p ipso communi recipienti one id et totum qd soluere debent occasione ditte tenute capte, tunc dittus vicus possit licentiam tripterare sine licentia dicti cois

De Possessionibus adcatastandis cap cviij

Is Statuimus et ord. q. quilibz de ditto co habens possessionem no adcatastatam in catastro cois dict castri, teneat ipsam possessionem apponi facere in dco catastro infra sex menses a die approbationis presentium statutorum, ad penam quingentorum solidorum den et ad similem penam teneat quicunq emerit uel uendiderit et indotem habuerit uel dederit uel quolibz permutauerit dederit habuerit, do nauerit uel receperit, et quolibz alienauerit, uel receperit aliquam possessionem, dominum uel rem stabilem existente in dictis catastis, et no elenauerit dcus co

cedens de suo catasto, et dictus recipiens non posuerit in suo catasto infra termi
num dictorum mensium proxime secut. post alienationem uel receptionem supra
facti, et post aperturam seu approbationem presentium statutorum, tam preteritis
quam futuro tempore, et ad similem penam teneantur tam concedens quam recipiens dicta
bona, et non ponens in suo catasto uel eleuans ut supra

De formis consuetis remondandis cap. c.viiij

Statuimus et ordinamus quod quilibet persona teneatur et debeat actare et remondare
et actatas, et remondatas tenere formas usitatas actari iuxta suam possessionem si
dominus possessionis laborat ipsam possessionem, et si non laborat dominus possess.
laborator uel copertimalis, teneatur videlicet pro mense Martij, Aprilis, maij, Junij, Julij
Augusti 7bris et 8bris ad penam quinque solidorum pro qualibet vice qua fuerit
accusatus a capitaneo, cuius relatio sine accusa habeat pro sententia diffinitiua

De Profertis factis exequendis cap. c.x

Statuimus et ordinamus quod quicumque aliquis offitialis dicti communis fecerit bandiri arengham
dicti communis aliquas res ipsius communis ad adcoptimandum uel uendendum, et aliquis obtu
lerit aliquid, illam proferetam quam fecerit cum effectu ipsa die uel sequenti,
non adimpleat id quod obtulit ad penam decem librarum denariorum si per communem dicti c.
tum talium officialem qui bandiri fecerit non remanserit, et ab inde in antea
ad penam viginti solidorum pro quolibet precepto semel in die facto, et ad
probationem predictorum uel alicuius ipsorum sufficiat scriptura notarij dicti
communis, que scriptura pro plenissima probatione habeatur

De diuisione rerum communium cap. cxj

Ordinamus et statuimus quod potestas et vicarius dicti communis et quilibet ipsorum teneantur
et debeant vinculo eorum iuramenti ad petitionem cuiuslibet petentis rem communem
diuidi facere infra quindecim dies post sequentes petit.

De Discordijs terminorum, et confinium decidendis cap. cxij

Ordinamus et statuimus quod si fuerit aliqua discordia terminorum uel confinium
existentium uel createndorum, inter possessiones et bona aliquorum, et petitum fuerit
ab aliquo talem terminationem fieri, potestas et vicarius qui pro tempore fuerint
et quilibet ipsorum vinculo iuramenti cogere partes ad eligendum vnum uel
duos homines, qui uideant melius scire, et alicui partium uel similiter non sus=

25

pectos interminatores et diffinitores huiusmodi discordie qui teneant diffinire dictam questionem infra quindecim dies postquam fuerit requisiti a parte vel eis fuerit mandatum ad penam quinque solidorum den. qui terminatores habeant pro quolibet ipsorum et pro termino que miserit duodecim den. aliis non teneantur ad penam

Quod quilibet vadat in caualcatam et pro ambasciata cap. cxiij

Item statuimus et ordinamus quod maiores quindecim annis, et minores sexaginta annis existentes in valle vanci, teneantur et debeant ire in exercitum, pro sergente vel pro ambasciata aliqua vel alio seruitio communis dicti castri quando ei vel eis mandatum fuerit pro parte vicarij siue officialium dicti communis ad penam viginti solidorum den. pro qualibet inobedientia, et qualibet vice, nisi licitum habuerit excusationem, quod approbari debeat per vicarium officialem et consiliarios dicti communis, et habeat qui fuerit in exercitum siue caualcatam in seruitio dicti communis pro suo salario solidos decem per diem de pecunijs dicti communis

Quod ambasciator referat ambasciatam cap. cxiiij

Ordinamus ~~et ordinamus~~ quod quicumque fecerit aliquam ambasciatam pro dicto communi infra duos dies postquam fuerit reuersus, teneatur et debeat referre vic. vel not. dicti communis, et quilibet teneatur et debeat scribi facere in libro creditorum dicti communis dictam suam ambasciatam infra duos dies postquam fuerit factum bandimentum, quod quilibet debeat facere scribi suam ambasciatam vel alias suas res et bona datas in dicto communi aliis dicto termino elapso non debeat admitti

De ambasciatis concedendis petenti cap. cxv

Ordinamus et statuimus quod si aliqua persona de dicto communi petet in dicto communi vel eius officialibus aliquam ambasciatam sibi dari vel fieri pro parte dicti communis, detur et fiat semper expensis communis dicta eius ambasciata sit utilis non damnosa communi, et vic. com. et consiliarij satisfacient vel satisfieri fecerint tali ambasciatori expensis dicti communis puniantur pena centum solidorum den. pro quolibet ipsorum

De assignatione librorum communis in fine offitij cap. cxvj

Statuimus et ordinamus quod vic. et not. dicti communis et quilibet ipsorum qui pro tempora erunt ad penam viginti sol. pro quolibet ipsorum in fine eorum offitij dare et assignare cam. dicti communis per inuentarium omnes et singulos libros dicti communis factos tempore eorum offitij sigillatos pro proprio sigillo communis dicti castri

De corruttis mortuorum cap. cxvij

Statuimus et ordinamus quod cuilibet liceat corrutt[illegible] facere prout solitum est. Sine et nulla mulier ire non debeat post mortuum ad ecclesiam ad faciendum corruttu quando sepellietur ad penam quinque solidorum pro qualibet vice et muliere

De Gabella Mensurarum cap. cxviij

Item statuimus et ord. quod quicumque tenebit ad coptimum mensuras dicti cois possit accipere pro qualibet mensura cuiuslibet rei mensurate cum cuppa a forense sex den. pro quolibet barile vini vel musti venditi a forense duodecim denarios, pro quolibet caldarello olei venditi a forense unum bonen. Volumus etiam et ord. quod pro qualibet cuppa cuiuslibet rei vendite forensi mensurate vel non mensurate, a forense possit accipere sex den. et quicumque de dicto c° vendiderit alicui forensi aliquam rem de qua secundum formam presentium statutorum, debene solui gabellam teneatur dictus terrigena retinere et accipere a dicto forensi gabellam ad quam ipse forensis teneretur, et ipsam quantitatem dare et soluere dicto gabellario mensurarum, quod si dictus terrigena non retinuerit a dicto forense, teneatur idem terrigena dicto gabellario soluere integram quantitatem quam idem forensis soluere teneretur de suo [illegible]

De Hospitalario sancti Antonij cap. cxviiij

Ordinamus et statuimus quod Vic. et consiliarij dicti cois qui pro tempora erunt, teneantur et debeant infra quindecim dies post principium eorum offitij ad penam [illegible] pro quolibet ipsorum bandiri facere in Arengha dicti cois generali, si quis vult esse hospitalarius hospitalis s. Antonij de dicto c°, et qui cumque comparebbit, et ydoneus videbitur Vic. et consiliarijs habita confirmatione cum intercessione cois quod Dno Vic° [illegible] epi sp[illegible] ipse hospitalarius sit acceptus et confirmatus, teneatur infra unum mensem postquam intrauerit facere inventarium de bonis dicti hospitalis mobilibus et stabilibus, et si aliquis ydoneus non comparebbit ad ipsum offitium acceptandum supradicti Vicarius et consiliarij eligere teneantur duos bonos homines de dicto coi ad recoligendum recipiendum et conseruandum bona dicti hospitalis mobilia et stabilia qui teneantur scribi facere per notarium dicti cois, datum [illegible] recebtum [illegible] hospitalis offo, et dicti Vic. et consiliarij faciant [illegible] posse dicto hospitalario [illegible] uand illicite detentas res si qui essent

Quod quilibet faciat onera in coi cap. cxx

Item ord. et stat. quod quilibet de dicto [illegible] teneatur [illegible] adulti cois in dicto coi realia et personalia facere sicut [illegible] alij castellani dicti c. ni [illegible] expeditus dicto quod impedimento [illegible] discretioni Vicarij et consiliariorum [illegible]

De gabella animaliu(m) forensiu(m) et pena dampni dantiu(m) cap(itulum) cxxi

Item statuimus et ordinamus q(uod) quelibet persona forensis et [illegible] civitatis comitatus et districtus
Spoleti transiens per territoriu(m) dicti castri cum aliquibus bestiis grossis sive
minutis per territoriu(m) dicti castri debeat et teneatur solvere [illegible] dicti co(mun)is
pro communi recipienti pro erbatico den(arios) sex p(ro) qualibet bestia qua(m) duxerit grossa
sive minuta non obstante statuto aliquo in contrariu(m) loquente. Et si aliquis
qui sit extra territoriu(m) dicti castri sancte Anatolie pascuraret sive [illegible] bestie
pascurarent sine licentia et consiliariorum dicti co(mun)is incidat in penam [illegible]
dictaru(m) bestiaru(m) quinque solidor(um) pro qualibet bestia grossa et qualibet vice et duorum
solidoru(m) pro qualibet bestia minuta et qualibet vice. Et quilibet possit dictas bestias pas-
curantes capere et ducere ad dictum castrum et vic(ario) sive cam(erario) aut officiali d(i)c(ti) c(omunis)
sine pena, salvo q(uod) ad d(i)c(t)am penam non teneatur forensis [illegible] transeuntes p(er) d(i)c(tu)m ter(ritoriu)m
cu(m) animalibus et solventibus cam(erario) dicti co(mun)is den(arios) sex p(ro) qualibet erbatico ut sup(ra), salvo si da(m)p-
num dederit cum dictis bestiis in [illegible] faliciatorio dicti co(mun)is vel in possessionibus bladatis
vel in orto eo casu puniant(ur) in d(i)c(t)am penam pro qualibet bestia et qualibet vice. Et q(ui)
cumque forensis faliciaret no(n) ad petitionem alicuius de d(i)c(t)o c(astr)o [illegible] incidat
in penam decem librarum den(ariorum) et quilibet possit accusare et credatur [illegible]

De partitu mictat(ur) ad bussulas et pallottas cap(itulum) cxxii

Item statuimus et ordinamus q(uod) si in futuru(m) fuerit aliqua discrepatio in arenga dicti co(mun)is de partitis
accipiendis q(uod) vic(arius) dicti co(mun)is qui pro tempore erit teneatur et debeat illud sup(er) quo
discordia verteretur mictat(ur) ad partitum ad bussulas et pallottas, et q(uo)d prevaluerit
in pallottis illud obtineat(ur), [illegible] fuerit per duas partes de tribus exequatur
et refirmetur sive deliberaretur et valeat, sub pena decem librar(um) den(ariorum) si
vic(arius) fuerit negligens et ad partitu(m) non miserit

De pen(a) no(n) solventium collas et vic(arii) et cons(iliariorum) no(n) p(re)figentium ter(minu)m cap(itulum) cxxiii

Item statuimus et ordinamus q(uod) vicarius et consiliarii dicti comunis qui pro tempore fuerint quando
imponunt et ordinant aliquam collam p(er) catastum sive libram vel p(er) focum vel alio mo(do) de-
beant in ipsa colla prefigere et ordinare et scribi facere terminu(m) stabilitum et p(re)fixu(m)
ad solvendu(m) ipsam collam sub pena decem librarum den(ariorum) de facto auferenda si co(ntr)a
fecerint, et quilibet persona de d(i)c(t)o castro vel aliunde qui tenet extimam sive catastu(m)
[illegible] castro [illegible] eius ter(ritori)o debeat solvere [illegible] sibi evenientem de d(i)c(t)a colla imponen-
[illegible] ratam extimationis sui cat(asti) libre seu [illegible] et [illegible] sibi evenientem p(er) [illegible]
[illegible] infra terminu(m) statutu(m) p(er) d(i)c(tu)s vic(arium) et consiliarios sub pena et ad penam [illegible]
[illegible] solven(di) post d(i)c(tu)m ter(minu)m et qualibet p(er)sona et qualibet
vice [illegible] fuerit ac etiam ordinamus et statuimus q(uod) quilibet p(er)sona habens

uel tenere aliquod murum scalas uel aliud super rebus et bonis dicti cois debeat et omnes teneat. dicti cois annuatim secundum quod accetinus consuetum sub pena et ad pena quatragmita solidorum pro quolibet et qualibet uice

De pena uendemiantis ante tempus cap. xxxiiij

Ordinamus et statuimus quod nulla persona de dicto castro uel eius teritorio uendemiet nec adiuuet alicui ad uendembiandum ante terminum deliberatum per uicarium et consiliarios dicti cois uel maiorem partem ipsorum ad penam centum solidorum pro qualibet persona cui uicarius et consiliarij possint dare licentiam illis personis quibus eidem vicario et consiliariis uidebitur necesse

De pena non obedientis capitaneo in sergentaria cap. xxxv

Item statuimus et ordinamus quod quilibet homo dicti cois iens per sergentem ad aliquid locum pro dicto comuni teneatur et debeat obedire suo capitaneo ad penam decem solidorum pro quolibet et qualibet et qualibet uice et de inobedientia stetur et credatur uerbo capitanei predicti

De pena deguastantis portam uel muros cois cap. xxxvj

[Ordi]namus et ord. quod nullus de dicto castro uel aliunde deguastet portam uel muros dicti castri ad penam uiginti quinque librarum denariorum pro quolibet et uice qualibet

De pena ludentis ad ludum taxillorum et cartarum cap. xxxvij

Quoniam propter ludum multotiens nonnulla scandala seu blasfemia exoriri possunt, idcirco statuimus et ordinamus quod si aliqua persona ludet ad ludum taxillorum uel cartarum in dicto castro et eius teritorio ad quem ludum pecunias uel res ualentes [illegible] uinceret et perderet si de nocte soluat pro banno decem libras denariorum [illegible] centum solidos denariorum de quibus penis aliquid non minuatur [illegible] curia dicti castri et procedi non possit per inquisitionem pro dicti ludi. Volumus etiam quod dicta pena aplicetur com. [illegible] et officialis dicti castri pro equali portione et similiter officiales [illegible] teneantur accusare ludentes si uiderit subeat penam sicut fecerit [illegible] sine computando et similem penam soluat dominus domus in qua ludent [illegible] permiserit dictum ludum fieri [illegible] [illegible] die Natiuitatis domini nostri Iesu Christi [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] et uice

De pena capientis colubas domesticas cap. cxxviij

In stat(uimus) et ord(inamus) q(uod) nulla persona de d(i)c(t)o castro uel aliunde capiat aliquam colubā turriscianam uel domesticam siue balistre uel aliam rem siue lapidem proiciat in columbario alieno ad penam centum solidorum den(ariorum), si qui uero ceperit aliquā columbam domesticam siue turriscianam iux(ta) flumē nigre inter(ius) dicti castri ut fecerit aliq(uod) ingenium siue instrumentum miserit ad capiend(um) d(i)c(t)as colubas in aliquo ~~loquo~~ loco interius dicti castri excepto in sua propria possessione in qua quilibz caper(e) possit incidat in penam quadraginta solidorum pro quolibz et qualibz uice, et uolumus q(uod) liceat unicuique de d(i)c(t)o c(astro) capere d(i)c(t)as colubas in sua propria uel conducta canapina seminata ut canapinas [illegible] non alt(er) vz a dimidio mensis aprilis usq(ue) [illegible] mensem maij sine pena et banno

De pena habentis necessariū sup(er) terrā discoptū cap. cxxviiij

